



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Partis primæ Tractatus quartus de sacramento Eucharist.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De sacramento Eucharistie

satisfaciens pro eo sit in statu gratie. Super omnia enim admo-
nendus est, ut si debet aliquid alicui, vel ratione maleficii, vel
contractus, vel depositi, vel aliter, declaret bene, ut non disce-
dat cum alieno ab hoc seculo, ne in eternum damnetur: Et de
restitutione et legatis ad pias causas, pro anima sua ita dispo-
nat: quod cito cogantur executores expedire, et non plangere: si-
cut sepe et quotidie faciunt. Quod si nollet sufficienter disponere de
restitutione facienda, non est absolvens. **Exhortatus** est
autem ad contritionem simul, et confidentiam diuine misericor-
dię exemplo latronis, meritis passionis Christi. **Si** autem
haberi non possit copia sacerdotis: quamuis bonum sit in hu-
iusmodi periculis, iurari videlicet, bello, vel in infirmitate, vel
morte violenta, laico confiteri: tamen non est necessarium. Quod
si fiat, et euadit: tenetur talis iterum de illis peccatis confiteri:
quod non habebat ille clauis ecclesie. **Si** vero infirmus non est in
periculo mortis, et habet casus excoicationis, vel peccata refer-
uata episcopo, debet confessio ire vel mittere ad episcopum, si potest, pro
auctoritate huiusmodi: tamen modo tali, quod non prodat peccatoribus
nisi prius ille sibi dederit licentiam nominandi eum. **Hec** ille.
Finit tractatus tertius prime partis libri Sacerdotalis.

**Tractatus quartus prime partis Sacerdotalis de sacra-
mento eucharistie.** **Que continentur in hoc tractatu.** Ca. 1.



Sacramentum Eucharistie,
que bona gratia dicitur,
q. 1. ca. Multi. In quo veraciter
continentur corpus, sanguis, anima,
et diuinitas Domini nostri Iesu Christi
sub speciebus panis et vini, quod
ab eo institutum est, ob memoriam
sue sacratissime passionis, a solis
sacerdotibus summa cum dilige-
tia est consecrandum, pari reuerentia
Christicolis dispensandum,
et fidei custodia seruandum. Et quod
primus et maximum sacerdotis
officium est, corpus et sanguinem
Christi in hoc sacramento prece-
re: quod fit in missę celebratione: id
primum de ipsa dicemus: postmo-
dum de alijs secundum hunc ordinem,
videlicet, quod videbimus primo,
Ad certam

- Materiam huius sacramenti.
- Formam huius sacramenti.
- Ministrum huius sacramenti.
- Effectus huius sacramenti.
- Locum idoneum ad celebrandum.
- Quoties in die quis possit celebrare.
- Ordinem et ritum celebrandi.
- Tempus conveniens celebrationi.
- Quibus hoc sacramentum sit dandum: et quibus non.
- Ordinem communicandi populum in ecclesia.
- Ordinem communicandi infirmum.
- Quod diligenter sit custodiendum hoc sacramentum.
- Penitentiam male custodientis. et
- Calus concessos et prohibitos tempore interdicti ecclesiastici.

Quæ sit materia huius sacramenti. Cap. 2.

Materia huius sacramenti est panis triticeus ex farina frumenti, cum aqua elementari et naturali confectus. De Cōsecr. dist. 2. cap. In sacramēto. Et debet esse azymus: quia Christus in azymo sacramentum confecit et consecrauit. Et etiam usus sanctę Romanę Ecclesię, quę initium et institutionem a beato Petro Apostolo habuit, sic obseruat, et sic mandat obseruari. Siquis in fermentato pane cōsecraret in ecclesia Latina, debet deponi. De celebra. mis. c. Literas. Rationabiliter autem sacramētum ex pane triticeo. i. frumenti, conficitur: quia Christus, qui in eo sacramentaliter continetur, appellat se granum frumenti. Joā. 12. Nisi granum frumenti. et c. De celebra. mis. ca. vltim. et supradicto capitu. In sacramēto. **M**ateria calicis est vinum de vite: quia sanguis Christi confici non potest nisi de vino vitis. eo. cap. In sacramēto. De consec. dist. 2. capi. In sacramentorum, ibidem. De summa trinitat. capit. 1. de celebra. mis. c. cum Marthe. et cap. vlti. Et convenienter conficitur sanguis Christi ex vino vitis: quia Christus se veram vitam appellauit. Joan. 15. **E**x concilio Carthaginensi. Cap. 27. In sacrificijs corporis et sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse dominus dicit: hoc est panis, et vinum cū aqua mistum. Nec amplius in primitijs offeratur Deo vino, et frumento. De consecr. dist. 2. In sacramēto. et capitu. in summa. de celebra.

Quæ sit materia Eucharistiæ

celebr. misc. vlt. 7 c. cum Marthe. de sum. trin. cap. 1. Dicitur ergo, q materia panis debet esse ex tritico. i. ex frumento. nõ autem in pane de spelta, siligine, millio, hordeo, vel alio quocunqz grano, nec etiã ex pasta, sed pane cocto. Similiter materia vini nõ pot esse ex aceto, vel agresta, aut vino corrupto, vel nimis acetoso, aut ex vino granatorum, seu quorumcunqz pomorum: sed solum de vino vitis. In musto potest confici si est depuratum.

Ex concilio florentino sub dno Eugenio Pape. 4. Tertium est eucharistiæ sacramentum: cuius materia est panis triticus et vinum de vite. Cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet et. Aqua vero, q in calice in vinum miscetur, debet esse in modica quantitate: quia eam in vinum cõverti oportet. Et hæc aqua vino miscetur ppter significationem quia: vinum Chis significat: et aqua populuz. Apponitur autem aqua vino, tam q Chis sacramentum suum in vino aqua misto consecrauit: vt dicit Damascenus lib. 4. et quia ex latere eius exiit sanguis et aqua: et etiã qz ecclesia id statuit et pcepit. De cõsec. dist. 2. c. c. o. et ca. Et licet nouerit sacerdos aquã fuisse in doliũ positã, tñ propter significationem debet aquã in calicez mittere. Et quis aqua nõ sit de necessitate sacramenti: qz si consecraretur vinum sine aqua, esset sacramentũ: tñ omittens peccat grauitur, si scienter omittit. De consecr. dist. 2. calix. De celebr. misc. c. cum Marthe. et c. scriptura. De consecr. dist. 2.

Tertia parte, Et quarto sententiarum.

Dotest autem sacerdos omnes quantitates panis et vini ante se positam in altari consecrare. Hæc omnia ex sancto Tho. et ceteris theologis excerpta sunt. ex. 4. sent.

Forma sacramenti eucharistiæ quæ sit. Cap. 3.

Roma huius sacramenti sunt verba Christi a sacerdote cum intentione psecrandi rite plata, q sunt. Hoc est enim corpus meum, in consecratione panis, et Hic est enim calix sanguinis mei novi et æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum, in psecratione vini. Matth. 26. Mar. 13. Luc. 22. et de cõsec. dist. 2. ca. Quia corpus et forma huius sacramenti sunt verba saluatoris, quibus hoc cõfecit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, et substantia vini in sanguinem conuertuntur ita tñ q totus Christus continetur sub specie panis: et totus sub specie

specie vini &c. Et licet ista dictio, enim, non sit de necessitate forme sacramenti: tamen scienter eam omittens peccat mortaliter. Unde tota forma predicta tam panis, quam vini, integre proferenda est, non obstante opinione aliquorum doctorum: quod dicunt, quod forma consecrationis sanguinis est ista sola: *Hic est enim calix sanguinis mei.* Sed securius est secundum sanctum Thomam & Scotum totam dicere. Habuit enim ecclesia Romana, que utitur tota hac forma, eam a beato Petro apostolo: qui creditur eam docuisse, sicut Christus eam protulit. Et licet Evangeliste non ponant eam sic formaliter, sicut dicitur in missa, non est multum contrarium: quoniam ipsi non intendebant tradere formam consecrationis, sed solum narrare rez gestam. Quia vero Christus multa dixit & fecit, que nullus Evangelista scripsit, ecclesia declaravit hanc formam a Christo fuisse traditam, quam nullus evangelista integram tradidit. Non solum verba forme non sunt pretermittenda, sed nec etiam alia verba canonis missę: quia ecclesia ea conexuit in toto canone, alias omittens ea grauer peccaret. Dicit sanctus Thomas, quod forma predicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit quod materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos, qui est in domo, non potest consecrare panem vel vinum, qui est in altari, aut in foro, aut totum vinum, quod est in cellario. Si predictę forme in aliquo mutaretur, aut si sub alijs verbis proferrentur, que idem significarent: aut aliquid de eis diminueretur, nihil fieret. Similiter siquid adderetur bona intentione, sicut. *Hoc est enim corpus meum sanctissimum:* grauer peccaret in singulis predictis.

De ministro huius sacramenti. Cap. 4.

Minister huius sacramenti est solus sacerdos rite ordinatus, habens intentionem consecrandi, sicut Christus consecravit, indutus omnibus sacris vestibus sacerdotalibus: & cui non est prohibitum celebrare, potest & debet celebrare, & hoc sacramentum concedere & consecrare. Et notanter politur, potest & debet, quia hereticus, schismaticus, et communicatus, interdictus, & degradatus, non debent celebrare missas: tamen si celebrant conficiunt veraciter corpus Christi. Et dicitur rite ordinatus ille, qui in ordinatione sua habuit omnia substantia

3 tialia

De ministro sacramenti Eucharistie

tialia ad suam ordinationem statuta: puta unctionem manuum, acceptionem calicis cum patena, cum hostia et vino: et alia que sunt de substantia ordinis. 2. dist. cap. perlectis. et de Summa trini. cap. firmiter. s. Ana. ¶ Habens intentionem consecrandi, sicut Christus consecrauit. Ubi notandum, quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri, qua intendat facere in consecratione, quod Christus fecit. Et non est necessaria intentio actualis, sed sufficit virtualis: puta, si accedens ad altare habet intentionem celebrandi et consecrandi, sed postea suspenditur eius intentio per aliam superuenientem cogitationem, tunc et virtute primæ intentionis vere cōficit. Hec S. Thom. et Scotus. ¶ Sine peccato mortali, Ille dicit sine peccato mortali, qui nō est notorius peccator: puta hereticus, schismaticus, concubinaris, et excommunicatus: quia talis implicatus est in peccato mortali: ideo non debet celebrare: et nō solum ipse, sed etiam omnes, qui audiunt scienter missam eius, si est conuictus vel condemnatus, peccant secundum Theo. 3. dist. cap. nullus, de cohabita. cle. et mul. c. vestra. secundum gl. et ca. quesitum. Si autem commisit aliquod peccatum mortale, de quo non recordatur, aut non habet copiam confessoris, et imminet sibi necessitas celebrandi: puta quia est Curatus, vel est dies festus, vel necessitas infirmi communicandi, quia non habebat hostia consecratam et habet propositum, si recordaretur illius peccati, quod ipsum confiteretur, si haberet copiam confessoris, et interim confiteretur et penitet, et est in proposito confitendi, absoluit per summum Pontificem Christum: et potest celebrare, et postea debet confiteri sacerdoti: quoniam habebit copiam eius. Qui quidem sacerdos ante celebrationem semper debet esse ieiunus. 7. q. 1. cap. si libil. De conse. dist. 2. ca. Siquidem. Hec omnia ex sacris Theologiis sunt excerpta. **Vide de hoc Constitutionem concilij Florentini sub Eugenio Papa. 4. que incipit. Cultate Deo. De ministro videlicet infra in ca. de dispensatione sacramenti facienda per Curatum.** ¶ Sacerdos mutilatus, vel notabiliter monstruosus, aut horribili infirmitate detentus, puta lepra, vel morbo gallico deformabiliter corrosus propter scandalum pusillorum non debet celebrare: leprosus tamen inter leprosos in loco priuato potest celebrare, secundum S. Thomam. ¶ Epilepticus etiam durante

durante infirmitate ⁊ per annum post non potest celebrare. 33.
dist. c. cōiter. ⁊ Gl. **C** Demoniacus etiam ante plenam libera-
tionem celebrare non potest: eodem c. cōiter. Sacerdotes etiā
ordinati, tam curati, quam non curati, si t̄pibus debitis, ⁊ habi-
ta opportunitate non celebrant, peccāt: q̄ ipsis indistincte p̄-
ceptum est: Hoc facite in meam commemoratōnē. **C** Nullus
etiam p̄sumat celebrare: nisi duobus p̄sentibus ⁊ r̄ndētibus.
Alij aut̄ dicunt q̄ vnus sufficit. 7. q. 1. Illud. extra. de fil. p̄sbyt.
proposuit. De vi. ⁊ hone. cle. c. Unusquisq̄. ⁊ ita cōiter in eccle-
sia seruat̄. **C** Inclusus vbi non est copia clericorū, solus cele-
brare potest: ⁊ non alias. De verbo. signifi. cap. q̄s̄s̄uit. Nulla
mulier ad altare p̄sumat accedere, aut p̄sbytero ministra-
re. De cōba. cler. ⁊ mulie. ca. 1. S. vlti. **C** Non debet etiam sacer-
dos celebrare sine luminarijs cereis. De cele. missarū. c. vlti. vt
impleatur figura Leuitici. 6. Ignis in altari meo semp̄ ardebit.

De effectu huius sacramenti. Cap. 5.

Effectus huius sacri est multiplex ipsum digne sumētibus.
H̄ fortificat mētē contra vitia: virtutes auget: delet ve-
malia: cōfert gr̄tiā: ⁊ fortius vnit membra capiti, idest bonos
Ch̄ianos Ch̄io: ⁊ future glorie nobis pignus dat. Vñ versus.
Inflamat, memorat, sustentat, roborat, auget.
Hosia spem, purgat, reficit, vitam dat, ⁊ vnit:
Confirmatq̄ fidem, minuit fomitem, atq̄ renūttit.
Roborat, augmentat hoc sacrum: delet ⁊ vnit.

Ex concilio florentino p̄dicto. Huius sacramēti effectus,
quem in anima operatur digne sumētis, est adunatio homi-
nis ad Ch̄istum. Et quia per gratiam homo Ch̄isto incorpo-
ratur, ⁊ membris eius vnitur, consequens est, q̄ per hoc sacra-
mentum insumentibus digne gratia augeatur: omnemq̄ effe-
ctum, quem materialis cibus ⁊ potus quo ad vitam agunt cor-
poralem sustentandam, augendo, reparando, ⁊ delectando, sa-
cramentum hoc quo ad vitam operatur spiritualement. In quo
(vt inquit Urbanus Papa) gratiam Saluatoris n̄stri recēse-
mus memoriam, a malo retrahimur, cōfortamur in bono, ⁊ ad
virtutum ⁊ gratiarum proficimus incrementum. **Hecibi.** Et
p̄clarissimus doctor S. Thom. Corpus Ch̄isti est medicina
egrotis, digesta, peregrinantibus, debiles cōfortat, valētes dele-

De loco ad celebrandum idoneo

ctat. languorem sanat, sanitatē seruat, fit homo mansuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ad amorem ardentior, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionē deuotior. Et dicitur hoc sacra in viaticis: quia sicut viator sine cibo ambulare non pōt, ita sine hoc sacro homo adultus non potest vite ambulare ad paradysum. De penit. et remis. cap. quod ante. 26. q. 5. c. Siquis de corpore. et cap. qui recedunt.

¶ Quis locus idoneus sit ad missę celebrationem. Cap. 6.

Ideus, in quo missa est celebranda: debet esse sanctificatus, vt est ecclesia regulariter: nisi occurrerit casus necessitatis. De consecr. dist. 1. nullus.

¶ Concilio Triburicensi. Cap. 4.

Missarum solennia non vbiqz, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit celebranda esse censemus. Concedimus etiam, et sicubi (quod nostris peccatis exigentibus per plurimum est factum a Normannis, et a Sclauis, et ab Ungaris, et a malis Christianis, seu alio qualicūque modo) ecclesie fuerint incense, et combaste, in capellis cum tabula consecrata missas interum celebrare permitimus, donec ipse ecclesie restaurari possint. In itinere vero positis, si ecclesia defuerit, vt sub diuo, sive in tentorijs (si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra mysteria ad id officium pertinentia affuerint) missarum solennia celebrare possint concedimus. Aliter omnino interdiciamus. **Hec tibi.**

Et his casibus exceptis, non licet nisi ex speciali privilegio celebrare in loco non sacro, sine licentia episcopi loci illius. De consecr. dist. 1. cap. missarum. Qui tamen hoc concedere non debet, nisi adsit rationabilis et legitima causa. Potest etiam missa celebrari extra ecclesiam: vbi aliquibus temporibus magna populi confluit multitudo: vel propter aliquod festum, vel missam nouam, vel predicatorem insignem: quem magnus populus sequitur: et ecclesia est parua: in platea munda et honesta super altari portatili: prouiso qd puluis, aut status ad altare non possint peruenire. Idem dicendum est de camera, vel aula, aut alio loco honeste et apto, in quo ex privilegio domini pape, vel de licentia episcopi potest celebrari. de consecr. dist. 1. c. missarum. Et debet esse sacerdos paratus cum omnibus paramentis requisitis ab episcopo vel ab alio hanc potestatem habente beneficiatis, nec debet celebrari nisi in altari consecrato saltem portatili tribus

li tribus mappis cooperto, cum calice cōsecrato: et patena cō-
perenti, cuius cuppa debet esse aurea, argentea, vel stannea, nō
autem vitrea, aut creta, cum purificatorio, parua palla, et corpo-
rali de puro lino, omnia candida et munda, nullumque sericum
ornamentum habere debent corporale, et palla, cum velo etiā
lineo aut serico, que omnia debent esse ab episcopo, aut ab alio
hanc potestatem habente benedicta, Sine Missali sacerdos nullo
modo celebret, de consec. dist. 1. consulo. et cap. vestimenta. Nec
in mari, vel in ecclesia polluta sanguine, vel semine, donec fue-
rit reconciliata: nec etiā in cimiterio ecclesie violatē cōiuncto,
annexo, et pignoro: nec tpe interdicti ecclesiastici: nisi ianuis clau-
sis, ex cōiunctis et interdictis exclusis. Et qd rariū fecerit, effici
irregularis et ineligibilis, nec ipse potest eligere, vel eligi sine pa-
pe dispensatione. De sent. ex cō. c. Alma. lib. 6. et c. Is qui, vt supra.

Quoties in die quis possit celebrare. Cap. 7.

Excepto die natiuitatis Domini, nisi cā necessitatis sua-
deat, non debet sacerdos nisi semel in die missas celebra-
re. de celebra. missa. capi. Consultuisti. Et in die predicto natiui-
tatis licet cui libet sacerdoti tres missas celebrare. De consec.
dist. 1. cap. nocte. In alijs vero diebus potest sacerdos in casu
necessitatis duas missas et non plures celebrare. **P**rimo,
quando celebravit missam de sancto propter solennitates, et o-
portet aliam missam celebrare de tempore: vel pro defunctis, si-
ue sit presens defunctus, siue sit anniuersarium: aut pro deuotio-
ne: quia canon non distinguit. De consecra. dist. 2. capitu. Suf-
ficiat. dummodo non sit corrupta intentione: nec hoc fiat cōtra
consuetudinem in loco approbatam, secundum glo. **S**ecun-
do, propter necessitatem peregrinorū, vel persone insignis ad-
uenientis. **T**ertio propter necessitatem nuptiarum, vbi tem-
pus laboretur. **Q**uarto, propter communionem infirmi in
periculo mortis existentis, si non habet hostiam consecratam.
Quinto, quando idem sacerdos habet duas ecclesias, vel
propter paupertatem ecclesiarum, que duobus sacerdotibus
alendis non sufficerent: vel propter raritatem sacerdotum: et
oportet ipsum vtriqz seruire: potest successive primo vni et post-
modum alteri celebrando satisfacere. Item in die resurrectio-
nis domini: vbi vnicus est sacerdos in ecclesia, et tanta populi

Preparatio missę

Notandum.

multitudo, quod omnes non possunt interesse vni missę, potest iterum celebrare. Item si sacerdos vnius ecclesię infirmaretur, potest sacerdos vicinę ecclesię diebus festis pro eo missam celebrare: et etiam ecclesię suę non deficere. Et videntur isti duo vltimi casus necessitatis: ideo a pluribus conceduntur: sed quia nihil de his authenticum inuenitur maiorum iudicio est relinquendum. Quocumque autem casu sacerdos pluries in die celebrauerit, in qualibet missa debet corpus et sanguinem domini sumere: et omnes perfusiones calicis vsq; in finem vltimę missę in aliquo calice, seu vase mundo, et honesto ponere, et in fine vltimę missę recipere. De celebra. missa. cap. consultaisti. in glos. cap. Ex parte. Item si sacerdos debet omni tempore postquam sanguinem domini suscepit, calicem vino perfundere et sumere. in eo. capitu. Ex parte. ¶ Omni die, excepta parasceue, missa celebratur: et tunc non, quia eo die Christus seipsum immolauit. Et cum missa sit figura passionis Christi, adueniente veritate figura debet cessare. Quod autez dicitur. De cõse. dif. 2. cap. Sabbato. biduo. s. parasceue et sabbato sancto, nõ debent penitus sacra celebrari, s̄m Archidiaconuz dicitur, eo q̄ missa, que in sabbato sancto dicitur, est missa noctis dñice sequētis, et nõ sabbati: et ideo antiquitus ante horas vesperrũ nõ solebat celebrari.

Quę considerationes Sacerdoti celebraturo, si digne celebrare intendit, sint habendę. Cap. 8.

Intentionis discussio. Ne }
Propter vanã gliam }
Propter auaritiam } Celebr.
Propter verecundiam }
Propter timorem }
Propter cõsuetudinẽ }

Generalis, prittio Sup, }
Omissis, q̄ fieri oportuit } Corde,
Commissis, q̄ fieri nõ licuit } ore, et op.
Cõsuetis et sepe confessis } pere.

Pura et vera confessio. s. }
Notabilium } Criminum.
Communium }
Ignoratorum }

Quid

Preparatio missæ.

Quid intendat consecrari qui principaliter. An { Augmentum dilectionis } { Inseparabilitate unionis } { Accelerationem visionis } } Dei.

Quid intendat facere in missa. An { Deum per lachrymas placare } { Mortem Christi & charitatem mendicare } { Totam ecclesiam adunare } } Velit.

In canone hec tria seruanda sunt, scilicet { Diligentia ad cõficiendum } { Reuerentia ad tangendum } { Deuotio ad sumendum } } Corpus Christi.

Quia sunt ibi. { Magna signis } { Maiora verbis } { Maxima intentione } } Missæ.

Propter continentiam. { Excellentis corporis } { Excellentioris anime } { Excellentissime diuinitatis } } Christi.

¶ Si quis ad altare digne cupias celebrare,
Cor prius absterge: sic mundior ad sacra perge.
In Domini mensa quid tractes, sedulo pensa,
Vivere siue mori confert, quod porrigis ori.
Agris & sanis bona est refectio panis:
Sed Christi panis non est sanus nisi sanis:
Indigne sumis, si non sumis reuerenter,
Cui non catholice, aut habens mortale scienter.

¶ Alij versus pulcherrimi ad idem.

Inram, odium, rixas, rancorem pelle sacerdos.
Pelle inimicitias, pelleque desidiam.
Casta placent superis, tu casto corpore, casta
Abente Deum tractes, sit procul atra lues.
Sit procul & luxus, sanctorum sancta sacerdos
Dum petis: horrendum sit procul omne malum.

RUBRICAE GENERALES
DE HIS QVAE OBSERVANDA SVNT
IN CELEBRATIONE MISSARVM,
IUXTA MISSALE ROMANVM
EX DECRETO CONCILII
TRIDENTINI RESTITVTVM.

¶ **Quae missa dicenda.**

Cap. 9.



Missa quotidie dicitur secundum ordinem Officij. De festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: de Dominica, vel feria: de vigilia, vel de octava, et extra ordinem Officij, Quatuoragesima, vel pro Defunctis.

¶ **De duplici.** Cap. 10.

Missae dicitur de duplici illis diebus quibus in Calendario ponitur haec nota,

Duplex et in festis mobilibus, quicumque Officium sit duplex. In duplicibus dicitur una tantum oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, ut in propriis missis assignatum est. Quae dicitur debet Gloria in Excelsis. Credo inferius dicitur in propriis rubricis.

¶ **De Semiduplici, et Simplici.** Cap. 11.

Missae de Semiduplici dicitur, quae in Calendario ponitur haec vox, **S**emiduplex. Praeterea in Officiis, et diebus infra Octavas. In semiduplicibus tantum festis, quae Dominicae, et infra Octavas dicuntur plures Orationes, et dicitur in rubrica. De oratione. Infra Octavam dicitur missam sicut in die festi, nisi propriae missae habeantur: in Dominicis vero sicut in propriis locis assignatur. De simplici dicitur missa sicut de semiduplici, ut suis locis ponitur.

¶ **De Feria, et Vigilia.** Cap. 12.

Missae de Feria dicitur, quae non occurrit festum, vel octava, vel sabbatum in quo fit officium beatae Mariae. In festis tantum Quadragesimae, Quatuor Temporum, Rogationum, et Vigiliarum, etiam si duplex vel semiduplex festum, vel octava occurrat, in Ecclesiis collegiatis dicuntur duae missae, una de festo, alia de Feria. In Vigiliis autem quae veniunt infra Octavam missa dicitur de Vigilia cum Commemoratione.

Comemoracione Octauę. Si festu habens vigilliam celebretur feria secunda, missa vigilię dicit in Sabbato, sicut etiã sit officiu. Missa Vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cum comemoracione Aduentus, licet de ea non sit factum officiu. Si in Quadragesima, et Quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur missa de feria cum comemoracione vigilię. Toto tempore Pascale non dicitur missa de vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, que tamen non ieiunatur, sicut nec Vigilia Epiphanię.

De Missis votiuis Sanctę Marię, et alijs. Cap. 13.

In Sabbatis non impeditis festo duplici, et semiduplici, dicitur missa de Sancta Maria sibi varietate temporu, vt in fine Missalis ponitur. Si sabbatum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, octaua Vigilia, Feria Quatuor Temporum, et Quadragesimę, missa principalis dicitur sibi officium diei. In aduentu autem licet officiu non fiat de Sancta Maria in sabbato, dicitur tã missa principalis de ea cū comemoracione Aduentus, nisi fuerint Quatuor Tempora, vt supra alijs diebus infra hebdomadam qđ officiu sit de feria (exceptis ferijs Aduentus, quadragesimę, Quatuor temporum, Rogationu, et Vigiliaru) dici pot aliqua Missa Gloriosa, etiam in principali missa, que dicitur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum. Que tamen missę, et alię quecunq; votiuę, in missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunq; die officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat.

De Missis Defunctorum. Cap. 14.

Prima die cuiuscunq; mensis (extra tempore Pascale) non impedita officio duplici et semiduplici, dicitur missa principalis generaliter pro defunctis sacerdotibus, benefactoribus, et alijs. In ecclesijs aut collegiatis dicantur due missę, vna pro defunctis, alia de festo simplici si occurrit, vel de feria, si propria habeat missam, vel referenda sit missa de Dominica precedenti, que fuit impedita, cuius infra hebdomadam non occurrit alius dies, in quo resummi possit missa de Dominica. Sed in ecclesijs non collegiatis dicatur missa de die cuius comemoracione generaliter pro defunctis. Preterea feria secunda cuiuscunq; hebdomadę in qua officiu sit de feria, missa principalis dici pot pro defunctis. Si autem fuerit propria missa de feria vel de

Rubricæ Generales

vel de festo simplici in collegiatis Ecclesijs dicantur due missæ, alioquin in missa de die fiat cõmemoratio, (vt dictus est) p defunctis. Excipitur tñ totum tẽpus Pascale, & qñ per annum officium est duplex, vel semiduplex, quibus temporibus non dicitur missa principalis pro defunctis, nisi in die Depositionis defuncti, & in Annuario pro defunctis. Et similiter, nisi fuerit duplex quocumque die dici possunt priuate missæ pro defunctis, præterquã in Dominicis. ¶ In die Cõmemorationis omnium Defunctorum, & in die Depositionis, & in Annuario defuncti, dicitur vna tantum Oratio, in alijs missis, plures, vt in Rubrica de Commemorationibus, & Orationibus dicitur.

¶ Sequentia pro defunctis dicitur in die Omnium Fidelium Defunctorum, & Depositionis defuncti. In Annuario autem & missa cõmuni pro defunctis dicatur pro arbitrio sacerdotis.

¶ De Translatione Festorum. Cap. 15.

In dicendis missis seruetur ordo Breuiarij de Translatione festorum dupliciũ & semiduplicium, qñ maior aliquo festo, seu Dñica impediuntur. In Ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesie, vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, possunt cantari due missæ, vna de die, alia de festo, aut saltem commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

¶ De Commemorationibus. Cap. 16.

Cõmemorationes in missis fiunt sicut in Officio. De festo simplici fit commemoratio in missa, qñ de eo in officio facta est cõmemoratio in vespere. Dñ autem de eo fit commemoratio tñ ad laudes, in missa solẽni nulla fit cõmemoratio de eo, sed in missis tantum priuatis. De Dñica fit cõmemoratio, qñ in ea fit de festo duplici. De octaua fit cõmemoratio, quãdo infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festum fuerit de exceptiuis in rubrica officij de Commemorationibus. Itẽ quãdo infra octauas fit de Dominica. De Feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, & Vigilijs, qñ missa dicenda est de festo duplici vel semiduplici illis temporibus occurrente. Sed in ecclesijs Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus & vigilijs prædictis, quæ habent missas proprias, dicitur due

que missæ vna de festo, alia de Feria, et Vigilia predictis, absque
 vlla vtroumq; commemoratione. Quando infra hebdomadã
 dicitur missæ Glorie post primam Orationem semper dicatur
 Oratio eius de quo fit officium. Quæ sit cõmemoratio de Feria
 Quatuor temporum, pro ferie commemoratione dicitur prima
 oratio que concordat cum officio. In faciendis Commemorationibus
 seruetur ordo vt in Breuiario, de Dominica ante festum
 semiduplex, quod infra octauam celebratur, de festo semidupli-
 ci ante Octauas, de Octaua ante Ferias predictas, de feriis p-
 dictis ante festum simplex, de festo simplici ante orationes votiuas.
 Si facienda sit commemoratio pro Defunctis, semper ponitur
 penultimo loco. In alijs Commemorationibus a predictis ser-
 uetur dignitas orationum, vt de Spiritu sancto ante beatã Ma-
 riam, de Angelis ante Apostolos, et similiter in alijs. In missis
 defunctorum, nulla sit commemoratio pro Viuis, etiã si oratio es-
 set communis pro Viuis, et Defunctis. Quando dicuntur plu-
 res orationes, prima tantum, et vltima cum sua cõclusionem termi-
 nantur, et ante primam et secundam orationem tantum dicitur,
Memus ante primam dicitur etiam **Dñs vobiscum**. Cũ vero
 dicuntur plures orationes, et vna oratio eadem sit cum alia ibi-
 dem dicenda, oratio huiusmodi, illa scilicet que eadem est non
 alig, commutetur cum alia de Lõi vel proprio, que sit diuersa.

De Introitu, Kyrieelson, et Gloria in excelsis. Cap. 17.

In Introitu semper eodem modo dicitur cum **Gloria patri**,
 vt in Ordinario, præterquam tempore Passionis, et in mis-
 sis defunctorum, vt etiam ibi annotatum est. **Kyrieelson**, di-
 citur nouies post Introitum, alternatum cum ministro, id est, ter
Kyrieelson, ter **Chasteelson** ter **Kyrieelson**. **Gloria in ex-**
cellis, dicitur quando cõque in Martirio dictus est Hymnus,
Deum præterquã in missa Ferie quinte in cena Dñi et Sab-
 bati sancti, in quibus **Gloria in excelsis** dicitur. In missis voti-
 uis non dicitur nisi in missa beate Mariæ, et Angelorum: et nisi
 missa votiuæ dicenda sit pro re graui, vel pro publica ecclesie
 causa. Neque etiam dicitur in missis Defunctorum.

De Orationibus. Cap. 18.

In festis duplicibus dicitur vna tantum Oratione nisi facien-
 da sit aliqua commemoratio, vt dictum est supra. In festis semi-
 duplicibus

Rubricæ Generales

duplicibus occurrentibus ab octava Pentecostes vsque ad Ad-
uētū, et a Purificatione vsque ad Quadragesimā dī secūda oratio,
A cunctis tertia ad libitū. In festis semiduplicibus occurrētib⁹
ab octava Epiphanię vsque ad Purificationē, dī secūda oratio,
Deus q̄ salutis tertia **Ecclesię**, vel pro Papa. In festis semi-
duplicibus a feria quarta Cinerū vsque ad Dñicā passionis: se-
cūda, de Feria, tertia, **A cunctis**. In semiduplicibus, a Dñica
Passionis vsque ad Dñicā Palmārū, secūda oratio, de Feria,
tertia, **Ecclesię**, vel p̄ Papa. In festis semiduplicibus ab Octa-
ua Pasche vsque ad Ascensionē, secūda oratio, de Sancta Ma-
ria, **Concede**, tertia, **Ecclesię** vel pro Papa. In festis semidu-
plicibus infra Octauas occurrētib⁹, secūda oratio dicit̄ de octa-
ua, tertia, q̄ secūdo loco infra octauā dī, vel pro Papa. Infra
octauas, Pasche, et Pentecostes qñ missa dī de octaua, dicunt̄
duę tñ orationes, vna de die, alia **Ecclesię** vel p̄ Papa. Infra
alias octauas, et in vigilijs q̄ ieiunant (excepta Vigilia Intraui-
tatis Dñi, et Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secūda de
Sācta Maria, tertia **Ecclesię**, vel p̄ Papa. Sed infra octauas
sanctę Marię, et in vigilia et infra octauā Omnium Sanctoꝝ, se-
cūda oratio dī de Spū Sancto, alia **Ecclesię**, vel pro Papa.
In Dominicis infra octauas occurrētib⁹ dicitur duę ora-
tiones, vna de Dominica, secūda de Octaua. In die octaua di-
citur vna tantum oratio, nisi aliqua cōmemoratio faciēda sit.
In Dominicis dicuntur tres, vt in ordinario assignantur. In
festis simplicibus, et ferijs per annum, dicunt̄ tres, vt in semidu-
plicibus: possunt etiā dici quinqz, vel septem ad libitum. In fe-
rijs quatuor Temporū, et vbi plures leguntur lectiones, huius-
modi plures orationes dicuntur post vltimā orationē ante epi-
stolaz: et alię orationes cū lectionibus, vt suis locis in Proprio
Missarum de tēpore. In missis Votiujs qñ dicuntur pro re gra-
ui, vel pro publica ecclesię causa, dicitur tñ vna oratio: sin ali-
ter dicitur plures, vt in festis simplicibus. Sed in votiujs bea-
tę Marię secūda oratio dicitur de Spū Sancto, et in votiujs
de Apostolis qñ dicitur oratio **A cunctis**, eius loco dicit̄ oratio
de Sancta Maria, **Concede**. Si qñ plures dicuntur orationes
occurrat fieri cōmemoratio alicuius Sancti, ea ponit̄ secū-
do loco, et tertia oratio dicitur q̄ alias secūdo loco dicebā erat.

¶ Qu

CIn conclusione orationum hic modus seruetur. Si oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, *Per dominum nrm* &c. si ad filium *Qui uiuis & regnas cum deo patre*, si in principio orationis fiat mentio filii, concluditur, *Per eundem*, si in fine orationis eius fiat mentio, *Qui tecum uiuit*, si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, *In unitate eundem Spiritus sancti Deus* &c. Alia quoque in dicendis orationibus seruentur que superius in rubrica de commemorationibus dicta sunt.

De epistola, Graduali, Allea, & Tractu, ac de Euangelio. c. 19.

Post ultimam orationem dicitur Epistola que finita, a ministro dicitur. **Deo gratias.** Post epistolam dicitur **Graduale** quod semper dicitur preterquam Tempore paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, ut dicitur in rubrica Sabbati in Albis. Post **Graduale** dicuntur duo **Alleluia** deinde **Versus**, & post versus, unum **Alleluia**. Tempore paschali quando non dicitur, **Graduale** dicitur aliud **Alleluia** post secundum **Versum**, & quando dicitur **Sequentia**, non dicitur post ultimum **Versum**, sed post **Sequentiam**. A Septuagesima usque ad Sabbatum sanctum, non dicitur **Alleluia**, neque dicitur in missis de feria in Aduentu, Quatuor Temporibus, & Vigilijs que ieiunantur, exceptis Vigilia Natiuitatis Domini si venerit in Dominica, & Vigilia Pasche, & Pentecostes, ac quatuor Temporibus Pentecostes. Nec dicitur in festo Innocentium, nisi venerit in Dominica. A Septuagesima usque ad Pascha eius loco dicitur **Tractus**, qui **Tractus** pre dicto tempore in aliquibus ferijs non dicitur, neque etiam in ferijs a Septuagesima usque ad Quadragesimam quando repetitur missa Dominice. Dicto, **Graduali** seu, **Allea**, seu, **Tractu**, dicitur, **Euangelium**, Et in principio Euangelij dicitur, **Dñs uobiscum** &c. Et cum spiritu tuo, deinde, **Sequentia** **Sci Euangelij** **sm ih.** &c. **Gloria tibi dñe**, in fine Euangelij a ministris dicitur, **Laus tibi Chie**. Postea, si dicendum est, dicitur, **Credo**

De Symbolo. Cap. 20.

Symbolum dicitur post Euangelium in omnibus Dñicis per annum, etiam si in illis fiat de festo in quo alias non dicitur. In tribus missis de Natiuitate Dñi, & deinceps usque ad octauam beati Joannis Apostoli inclusive. In Epiphania, & per octauam feria quinta in Cena Dñi. In Pasche Resurrectionis,

rectionis,

Rubricæ Generales

rectionis, et per octauam. In Ascensione Domini, et per octauam. In Pentecoste, et per octauam. In festo Corporis Christi, et per octauam. In omnibus festis beate Marię, et per octauas. In omnibus festis Apostolorum, et Euangelistarum, et per octauas. In festis Quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, et Hieronymi, addito festo sancti Thomę de Aquino. Item in festis Doctorum Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, et Ioannis Chrysostomi. In vtraque Cathedra sancti Petri: et in festo sancti Petri ad Vincula. In festis Conuersionis, et Commemorationis sancti Pauli Apostoli. In festo sancti Ioannis ante portam Latinam. In festis Inventionis, et Exaltationis sanctę Crucis. In festis Angelorum. In festo sancti Barnabę Apostoli. In festo sanctę Marię Magdalene. In transfiguratione Domini. In die octauarum sancti Ioannis Baptiste, et sancti Laurentij. In festo omnium sanctorum, et per octauam. In Dedicacionibus Sancti Saluatoris, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. In Annuario Dedicacionis proprię Ecclesię, et per octauas. In die consecrationis Ecclesię, et vbi habetur corpus vel insignis reliquia sancti de quo agitur. In die Creationis, et Coronationis summi Pontificis, et in Annuario eiusdem diei. Item in omnibus festis, que in Dñicis, et per octauas celebrantur: in quibus ratione Dñicę, et Octauę dici debet. Item in festo patroni alicuius loci: vel tituli Ecclesię, et in festis principalibus ordinũ et per eorũ octauas, in Ecclesijs tm̄ illius ordinis. Itē dicitur **Credo**. In Missis votiuũ, q̄ solēmiter p̄ re graui, vel p̄ publica Ecclesię causa celebrantur.

De Offertorio, Secretis, Prefationibus, et Canonē. Ca. 21.

Post Symbolum, vel si non sit dicendum, post euangelij dicitur, **Dominus vobiscum**, deinde **Offertorium** postea fit oblatio cum orationibus, vt in ordinario. Quę oblatio facta dicuntur orationes secretę, secundum numerum orationis quę palam dicte sunt: sed ante primam orationem non dicitur, **Dominus vobiscum**, nec aliquid aliud, sed dicto, **Suscipiat Dominus sacrificium**, absolute dicuntur: neque etiam ante secundam orationem dicitur, **Oremus**: Terminatur autem prima, et vltima oratio, vt dictũ est supra in rubrica de orationibus: et secreto

secreto dicuntur vsq; ad illa verba in conclusione, **Per omnia secula seculorum.** que clara voce proferuntur, et incipitur Prefatio. Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatus est: que in Quadragesima, Tempore Pascali, et infra octauas proprie assignantur, dicuntur etiam in Dominicis, et festis que illis temporibus celebrantur: nisi illa festa propriam prefationem habeant. In missis votiuis dicitur etiam Prefatio propria, si propriam habeant. Et quando aliqua missa votiuam p publica causa solemniter celebratur, dicitur in cantu solenni vt in duplicibus. Post prefationem incipitur Canon Misse secreto, in quo feruntur oia, vt in ordinario. ubi vero **Tricenis** infra actionem, vel alia variari contingit, suo loco in proprijs missis adnotat. **De coione, Post coione, Item missa est, vel Benedicamus domino, de Benedictione, et Euangelio Sancti Joannis.** Cap. 22.

Et facto Canone, et alijs omnibus vsque ad communionem, ea peracta dicitur communicatio: et orationes post communionem, eodem modo, et ordine vt in principio missae, et repetito, **Domine vobiscum** dicitur, **Item missa est, vel Benedicamus domino,** pro temporis ratione. **Item missa est** dicitur, quando cum que dicitur, **Gloria in excelsis:** cum non dicitur, eius loco dicitur, **Benedicamus Domino. R. Deo gratias.** In missis Defunctorum, dicitur, **Requiescant in pace. R. Amen.**

Dicto **Placeat** datur Benedictio, que a celebrante semper datur in missa, preterquam in missis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium sancti Joannis, **In principio,** quod nunquam pretermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel feria que habet Euangelium proprium, tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitatis Dni dicitur Euangelium de Epiphania, **Luz natus esset Jesus.**

De ordinanda Missa ex supradictis rubricis. Cap. 23.

Supradictis rubricis cognitis, si quis velit ordinare missam dici, recurat ad ordinarium missarum de Tempore, vel de Sanctis secundum qualitatem Officij. Si propria non habeat, recurat ad Communem Sanctorum. Si de feria agendum sit, et propria missa non fuerit de feria, Dicatur missa precedens Dominice, omittis **Gloria in excelsis,** et **Symbolo,** preterquam **in Paschali,** in quo semper dicit, **Gloria in excelsis,** vt supra excepta

Modus et ordo celebrandi

excepta missa Rogationum. Si dicenda sit missa Votiuua, requiratur post Commune Sanctorum suo loco. Si plures Orationes dicende sint requiratur post Missas Votiuuas, suo loco de singulis rebus singule. Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post missas Votiuuas, cum collectis diuersis, circa finem finalis. Ordinarium totius missae, cum Prefationibus, Canonibus et alijs dicendis, habet suo loco, cum proprio missarum de Ep.



Ordō seruandus per sacerdotes in celebratione Missae, tam solennis et cum ministris, quam priuatae secundum ritum sanctae Romanae ecclesiae: et dici debet ex libro apertis non tamen nimis festinanter: et fieri omnia: ut iacent: nihil omisso, addito, aut in eis mutato, vel de ipsis minuto. Et Ordinem huiusmodi obseruant etiam summus Pontifex, et Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, et episcopi, quando non celebrant pontificaliter, sed in priuato. Cum autem

in pontificalibus celebrant, obseruant ceremonias in pontificali, et Ceremoniali positas. **C** De confessione sacramentali ante missam praemittenda, et orationibus preparatorijs. **L. 24.**

Sacerdos missae celebraturus, si in peccato mortali constitutus se cognouerit, ante confessionem sacrales, dicat orationem.
Suscipe confessionem meam piissime, ac clementissime Domine Iesu Christe, vnica spes salutis anime meae: et da mihi obsecro contritionem cordis, et lachrymas oculis meis: ut defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas, cum humilitate et puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quaeram: Quis miserebitur iniquitatibus meis? Admemento domine, qui Chananeam et publicanum vocasti ad penitentiam, et Petrum lachrymantem suscepisti: domine deus meus suscipe preces meas saluator mundi Iesu bone, qui te crucis mortis dedisti, ut peccatores saluares, respice me miserum inuocantem bonum

nomen tuum: et noli sic attendere malum meum, ut obliuiscaris bonum tuum. Et si commisisti unde me damnare potes: tu non amisisti unde saluare me soles. Parce ergo mihi: qui es saluator meus: et miserere peccatrici anime mee. Solue vincula eius: sana vulnera eius. Domine Jesu te desidero: te quero: te volo: ostende mihi faciem tuam, et saluus ero. Mitte igitur piissime Domine, meritis purissime et immaculate semper virginis Marię, lucem tuam et veritatem tuam in animam meam que oes defectus meos in veritate mihi ostendas, quos propter me oportet: atque iuuat et doceat ipsos plene et cum debita contritione explicare. Qui uiuis etc.

poterit habere genuflexus, capite oricoopto, ostendat eidem cooperato capite in eodem loco sedenti, oia peccata sua et ab eodem absolute, et penitentia salutare pro commissis criminibus recipiat.

Confessio una per confessorum impoſita, dicat sequentem orationem. Et tibi Domine obsecro meritis sanctissime matris tue semper virginis Marię grata et accepta ista confessio mea: et quicquid mihi defuit nunc, et alias de sufficientia contritionis, et de puritate et integritate confessionis, suppleat pietas et misericordia tua: que dignetur me habere plenius et perfectius absolutum in celo: Qui uiuis et regnas per oia secula seculorum. Amen.

Deinde si uoluerit, poterit pro deuotione orationem sequentem ante altare, uel alio conuenienti loco genuflexus dicere.

Oratio sancti Ambrosij episcopi.

Summe sacerdos et uere pontifex, que te obtulisti Deo patri hostiam uiam, et puram, et immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quique dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, et sanguinem tuum ad bibendum: et posuisti mysterium illud in uirtute spiritus sancti, dicens. Hęc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis, rogo te per sanguinem tuum preciosum, magnam salutis nostre precium: rogo te per hanc miram et inenarrabilem charitatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es, ut lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: doce me indignum seruum tuum: que inter cetera dona tua etiam ad officium sacerdotale uocare dignatus es nullis meis meritis, sed sola misericordie tue dignatione: doce me queso per spiritum sanctum tuum, tibi tractare mysterium ea reuerentia et honore, ea deuotione et timore, quibus

ks opo...

Oratio sancti Ambrosij episcopi

oportet et decet. Fac me (q̄so) p̄ gr̄am tuā semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire, et firmiter tenere, dicere et cogitare q̄d tibi placet, et expedit aīe meę. Intret sp̄s tu⁹ bonus in cor meū, q̄ sonet ibi sine sono: et sine strepitu verborū loquatur veritatē tanq̄oz mysteriozū: Profonda sunt quippe nimis: et sacro tecta velamine. Propter magnā clementiā tuā concede mihi missarū solennia puro corde et mūda mente celebrare. Libera cor meū ab immundis et nefandis, vanis, et noxijs cogitationibus. Admi me (q̄so) beatorū angelozū pia et fida tutela, atq̄ fortissima custodia: vt hostes oīz bonozū cōfusi discedant per virtutē tanti mysterij: et per manū sancti angeli tui, repellere a me et a cunctis seruis tuis spurcissimū et nefandissimū sp̄m inanis glorie, iracundie, fornicationis, suberbie, inuidie, auaritie, blasphemie, et immunditie, dubietatis, et diffidētie: vt tñ sacrificiū cū oī puritate valeam tibi offerre. Cōfundant qui me persequantur. Pereant illi, qui perdere cuncta bona festinant. Rex virtutū, deus amator castitatis et integritatis, celestis rore benedictionis tuę extingue in corpore meo totum fomētū ardētis libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis et integritatis aīe et corporis. Adortifica in mēbris meis carnis stimulos, omnesq̄ libidinosas cōmōtiones: et da mihi verā et perpetuā castitatis sanctimoniā cū ceteris donis tuis, quę tibi placeant in veritate: vt sacrificiū laudis tuę casto corpore, et mūdo corde tibi valeā offerre. Quanta enim cordis contritione et lacrymarū fonte: quāta reuerētia, timore, et tremore: quāta cordis castitate, et aīe puritate, illud diuinū et celeste sacrificiū est celebrādū dñe, vbi caro tua in veritate sumit, et sanguis tuus in veritate bibitur: vbi una summis iungunt: vbi adit scōzū angelozū p̄ntia: vbi tu es sacerdos et sacrificiū mirabiliter et ineffabiliter. Quis digne hoc celebrare p̄t, nisi tu ops deus offerēt feceris dignū: Scio vere dñe, et scio, ac idipsū bonitati tuę cōfiteor: q̄ nō suz dignus accedere ad tñ mysteriū, p̄pter nimiam peccā mea, et infinitas negligētias meas. Sed scio veraciter, credo ex toto corde: et ore cōfiteor: q̄ tu me potes dignū facere: q̄ solus potes facere mundū de immundo conceptū semine: et de peccōibus iustos facere et sanctos. Per hanc oīpotentiā tuam te rogo: concede mihi peccōi hoc celeste sacrificiū celebrare cui⁹ tu

more

more et tremore, cum cordis puritate et lachrymarum fonte, cum
 speciali letitia et gaudio celesti. Sentiat mens mea dñe dulcedi-
 nem beatissime pñtie tuę, et excubias scõrũ angelorũ tuorũ in
 circuitu meo. Ego enim memor venerandę passionis tuę acce-
 do ad altare tuũ, licet peccator: vt offeraz tibi de donis tuis sa-
 crificiũ, qđ tu instituisti, et offerri tuę maiestati p̄cepisti in cõme-
 moratione tuam pro nostra salute. Suscipe ergo illud qđ sum-
 me pastor pro ecclesia tua scã, pro populo tuo, quę acquisuisti
 sanguine tuo. Et qm̄ me p̄cõrem inter te et eundẽ populũ tuum
 mediũ esse voluisti, licet in me bonis operis testimoniu nō agno-
 scas, officiũ saltẽ disp̄sationis mibi credite nō recuses: ne p̄ me
 indignũ famulũ tuorũ eorũ salutis pereat p̄sũ, p̄ qbus victima
 factus, dignatus es esse redẽptio salutaris. Profero ergo dñe,
 si digneris pp̄tius intueri, tribulationes plebiũ, pericula popu-
 lorũ, captiuorũ gemitus, miserias orphanorũ, necessitates pegri-
 norũ, inopiã debiliũ: desperationes lãguetiũ, defectus senũ, ius-
 spira iuuentũ, vota virginũ et lamẽta viduarũ, tu enĩ misereris
 oĩus dñe: et nihil odisti eorũ, q̄ fecisti. Ademorare dñe q̄ sit nra
 substãtia: qz tu p̄ n̄ es: tu deus n̄ es: nec irascaris: neqz multi-
 tudinẽ viscerũ tuorũ misericordię tuę sup nos contineas. Nō in-
 iustificationibus p̄sternimus p̄ces ante facẽ tuã, sed in misera-
 tionibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nras, et ignẽ sc̄i
 sp̄s in nobis clemẽter accẽde. Aufer a nobis cor lapideũ de car-
 ne nra: et da nobis cor carneũ: qđ te timeat, te amẽt, te diligat, i
 te delectet, te p̄fruat, te sequat. Oramus dñe clemẽtiã tuã: vt se-
 reno vultu familiã tuã sacri tui nois officia p̄stolãtẽ asp̄icere di-
 gneris: et vt nullius sit irritũ votũ, nullius vacua postulatio, tu
 nobis p̄ces suggere, quas ipse audire propiti⁹, et exaudire de-
 lecteris. Rogamus te etiam p̄ sc̄e pro aĩabus oĩum fidelĩũ de-
 fectorũ: vt sit illis salus ęterna, p̄petua sanitas, gaudiũ et refri-
 geriũ sempiternũ. Hoc magnũ puritatis sac̄m Deus meus sit
 illius hodie magnũ et plenũ quĩũ de te pane viuo: qđ celo de-
 scendisti: et das vitã mũdo: de carne tua scã et b̄ndicta: agni vez
 q tollis p̄cã mũdi: q̄ de scõ et glĩoso vtero b̄te Virginis Adarig
 est assumpta, et de Spũ scõ cõcepta: de illo p̄cioso sanguine tuo:
 q̄ pietatis fonte per lanceã militis eĩ tuosctissimã latere feliciter
 emanauit: vt ide sanati, refrigerati, refecti, et p̄solati, exultet

lrs 2 in laude

Oratio sancti Ambrosij

In laude et gloria tua. Peto clementiam tuam piissime redemptor: ut descendat super hunc panem et calicem istum plenitudo diuinitatis tue. Descendat etiam domine illa sancti spiritus tui inuisibilis forma: et incommensurabilis maiestas: sicut quondam in hostijs patrum descendebat: quod et oblationes nostras corpus, et sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem tuum doceat tamen tractare mysterium cum cordis puritate, et lacrimarum fonte: cum reuerentia et tremore: ita ut placeat et benigne suscipias sacrificium laudis de manibus meis: ad salutem omnium tam uiuorum quam fidelium defunctorum. Rogo te domine per ipsius sacrosanctum mysterium corporis et sanguinis tui preciosissimi: quo quotidie in ecclesia tua sancta paschimur et potamur, abluimur et sanctificamur, atque unicus tue summe diuinitatis participes efficiamur: ut mihi concedas virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam ita, ut hec sacra celestia efficiant mihi salus et uita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita: qui manducat me uiuet propter me: ipse manet in me: et ego in eo: Ego sum panis uiuus, qui de celo descendit: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum. Panis dulcissime sana palatum cordis mei: ut sentiam suauitatem amoris tui. Sana me domine ab omni languore, ut nullam propter sententiam dulcedinem: nullam propter te gratiam amoris: nullam propter te aspectus pulchritudinem. Panis candidissime, habens omnem delectamentum, et omnes suauitatis: quos de te semper reficis: et in te nunquam deficiat: comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleant viscera anime mee. Manducat te angelus pleno ore: manducet te peregrinus homo pro modulo suo: ne deficere possit in uia, tali recreatur uaticio. Panis sancte, panis uiue, panis pulcherrime: panis mundi, qui descendisti de celo: et das uitam mundo, ueni in cornu et in munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam: sana et sanctifica me interius et exterius. Esto tutamen et perpetua salus et protectio corporis et anime mee. Repelle a me insidiatem mihi hostes: recedat procul a potentia peccati tue: ut tua protectione foris et intus munitus, recto tramite ad regnum tuum perueniam: ubi non mysterijs, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te uideam. Amen.

De preparatione Sacerdotis celebraturi. Cap. 2.
Sacerdos celebraturus, seruat is que superius dicta sunt, quo ad prequam Confessionem, et horas canonicas. Ad
tutino

tutino saltem absoluto, orationi aliquantulū vacet, et orationes inferius positas pro tēporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia vel alibi p̄paratum, vbi paramēta atque ad celebrationem necessaria habentur: accipit **Mis-**sale, perquirat missas, perlegit et signacula ordinat ad ea que dicitur est. Postea lauat manus dicens orationē inferius positā. Deinde p̄parat calicē, ponens super eius os purificatorū, et super illud patenā cū hostia, q̄ tegit parua palla, et velo serico super velo ponit bursas colonis paramentorū intas habens corporale plicatū. Quibus ita dispositis accedit ad paramēta, vbi calciatus pedibus, et indutus vestibus sibi cōuenientibus, quarū exterior saltē talum pedis attingat: induit se, si sit **Prelatus** secularis, supra rochetū: si sit **Prelatus** regularis, vel ali⁹. Sacerdos secularis, supra superpellicē, si cōmode haberi possit, alioquin sine eo supra vestes cōes, dicens ad singula singulas orationes inferius positas. De primum accipit **Amictum**, circa extremitates, et cordulas, osculatur in medio, et ponit super caput, et mox declinat ad collum, et eo circa vestium collaria tegens, ducit cordulam sub brachijs, et circumducens per dorsum ad ventrem reducit, et ligat. Tūc **Alba** induitur caput submittens deinde maneam dextram brachio dextro, et sinistra sinistra imponens: albam ipsā corpori adaptat, eleuat ante, et a lateribus hinc inde, et **Lingulo** per ministrum a tergo sibi porrecto, se cingit. **Minister** eleuat **Albam** supra cingulum circumcirca, vt honeste dependeat, et tegat vestes ac eius fimbrias diligēter aptat, vt ad latitudinem digiti vel circa supra terrā equaliter fluat. Sacerdos accipit **Manipulū**, osculatur crucē in medio, et imponit brachio sinistro. Deinde ambab⁹ manibus accipit **Stolā**, simili modo osculatur, et imponit mediū eius collo, ac transferendo eaz ante pectus in modū crucis, ducit partē a sinistro humero pendentē ad dextrā, et partē a dextro humero pendentē ad sinistra. Sicq; vtrāq; partē stolę extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo iungit. Si celebras sit **Ep̄s**, nō ducit stolā a pectus in modū crucis, sed sinit hinc inde vtrāq; extremitates p̄dere: et accipit cruciulaz a collo a pect⁹ cordulis p̄dere. Postremo Sacerdos accipit planetā. Si sit **Ep̄s**, et solemniter celebrat, accipit paramēta, et alia vt in **Pontificali**.

Orationes ante missam

Sacerdos postquam est paratus, potest dicere sequentes orationes.

Orationis sancti Thomae de Aquino ad Deum patrem, dum sacerdos est accessurus ad altare.

Omnipotens sempiternus Deus: ecce accedo ad sacras vestras geniti filii tui Domini nostri Iesu Christi. Accedo (inquas) infirmus ad medicum vestrum: immundus ad fontem misericordie: cecus ad lumen claritatis eterne: pauper et egenus ad dominum celi et terre. Rogo ergo munere largitatis tue abundantiam, quatenus meam curam digneris infirmitate: lavare se ditatem: illuminare cecitatem: ditare paupertatem: vestire nuditatem: ut panem angelorum, regem regum, et dominum dominantium tanta suscipias reverentia et humilitate, tanta devotione et deuotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione: sicut expedit salutem anime mee. Da (quod) mihi dominum officium corporis et sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem: et virtutem sacramenti. Omnitissime Deus da mihi corpus virginis filii tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori tuo mystico merear incorporari, et inter eius membra connumerari. O amantissime pater concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum. **Ante communionem apologia.**

Impellit ministrandi officium hostia salutaris pro populo delicto: terret conscientiam in debiti sacerdotij pro reatu. Si a meo digne sacerdotum peripsa sacrificium offerat, pollute conscientie crimine auget. Si tamen sue maiestati vniuersae carnis iudici non offert, negligenter reatus conscribitur. Inter haec tuae operis libramen pietatis imploro, cuius ultionis die accusante conscientia premeo. Me indignum (quod) misericordia tua iudices, quem a te penitus non excludis. Suspende securum: donec cultor vinee admoueat capillum stercoreis infructuosae arboris ad radicem. Parce mihi Domine clementissime penitenti, qui David post lapsum clementer ad veniam reuocasti: qui Petri misericors amare flentis lacrymas respexisti: qui latronem in crucis patibulo tanti facinoris reum diuina gratia lustrasti. Qui mox obtinuit confessio prospera Dei filii: fides premium: pena venia: lameta gaudia sempiterna: dum confessor in cruce possessor extitit paradisi post cruce. Sed quia verba veniae pietatis indigent, quam indigni sacerdotis opera non commendat: salutem instantium dona suscipe: ut et mihi eorum apud te precibus veniam, et

quis meritis sacrificia nostrorum vulnerum salubriter nobis conferat
medicinam. Et quod opus pro omnibus factus es hostia pro peccatis: ad sis
nobis sanctificatio in sacrificio pro delictis, **Chie** Saluator mundi.
Qui cum eterno patre, et cum spiritu sancto vivis et regnas Deus, per omnia
secula seculorum. Amen. **Oratio ad beatissimam Virgine Mariam.**

O Mater pietatis et misericordie beatissima virgo Maria:
Ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affe-
ctu: propter dulcissimam pietatem tuam: ut sicut dulcissimo filio tuo in
cruce pendenti assististi, ita et mihi misero peccatori et sacerdotibus
omnibus hic et in tota sancta ecclesia ipsarum hodie offerentibus clemen-
ter assistere digneris: ut tua gratia adiuti dignam et acceptabilem hos-
tiam in conspectu summe et Individue trinitatis offerre valeam. Amen.

Ad sanctum vel sanctam cuius eo die festum celebratur. Oratio.

O Sancte **M.** vel **sa**. ecce ego miser peccator de tuis meritis
consilium offero nunc sacratissimum sacrificium corporis et sangui-
nis Domini nostri Jesu Christi pro tuo honore et gloria: propter te humili-
ter et devote: ut pro me hodie intercedere digneris: ut tamen sacrifici-
um digne et acceptabiliter offerre valeam: et cum omnibus
electis eius eternaliter laudare, et cum eo regnare valeam. Amen.

Oratio deuota S. Gregorii Pape dicenda a sacerdote antequam

Factum memoriam salutaris hostie totius mundi, missa incipiat.
Cum illius dignitate, et mea in te oratione, scia totius mundi peccato-
rum. **Ter** quod tu deus multum misericors es, imploro ut digneris mihi
dare spiritum tribulationis: quod tibi gratum sacrificium reuelasti, ut eo pu-
niscat vitali hostie pius manus admoueam: quod omnia mea peccata ablu-
at: et ea deinceps in perpetuum mihi vitandi cautelam infundat, omnibusque
propter tibi offerentibus, presentis et future salutis commercia largiaris. Per.
*Supra scripte orationes non ex precepto, sed ex deuotione dantur. Note
rit et sacerdos, his orationibus dimissis, dum se parat dicere psalmum
serre mei deus, vsque in fine, cum Gloria psalmi, aut alium psalmum quenuerit*

De ingressu Sacerdotis ad altare Cap. 27.

Sacerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu
sinistra calicem ut supra preparatum, et bursam manu dextra
super calicem tenens, capite cooperto accipit ad altare, ministro
cum Missale, et alijs ad celebrandum necessarijs precedente. Pro-
cedit autem oculis demissis, incessu graui, erecto corpore. Si
vero contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto
lib. 4. faciat

Ritus celebrandi

faciat ad illud reuerentiam: si ante locum sacramenti, genuflectat. Si ante altare, vbi celebretur missa in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, et detecto capite illud adoret. Cū perueniret ad altare, stās ante illud in infimo gradu, caput detegit: biretum ministro porrigens, et altari, seu imagini crucifixi desuper posite, profunde inclinatur. Si autem in eo sit tabernaculum Sāctissimi Sacramēti, genuflectens dubitās facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris, ibi ad cornu Euangelij sicut Calicē extrahit corporale de bursa quod extēdit in medio altaris, et super illud calicē velo coopertus collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idem facit antequā descendat ab altari missam inchoaturus. Si est cōsecraturus plures hostias pro Communionē faciendā, quę ob quantitatem super patenam manere non possunt: locet eas super Corporale ante Calicē, aut in aliquo Calice vel vase mūdo cōsecrato eas ponit retro post Calicē, et alia patena cooperit. Collocato Calice in altari, accedit ad cornu epistolę. Adissale super cūssino aperit, reperit missam, et signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad mediū altaris, facta primū Cruci reuerētia, descendit ad gradū infimū altaris pro missa inchoanda. In missa solenni calyx, missale, et alia necessaria pparatur, antequā sacerdos veniat ad altare. Ipse autē procedit cū ministris: et cum peruenierint ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, et Subdiaconū a sinistris, antequā ascendat ad altare, facit cū ipsis (vt infra) Confessionem. In missa pontificali omnia seruentur vt in Pontificali et Ceremoniali Romano ordinatur, cū Pontificali ordinem Episcopus nunquam pretermittat, quicunque cum Diacono et Subdiacono paratū celebrat.

De principio Missę, et Confessione faciendā. Cap. 28.

Sacerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertit se ad ipsū altare, vbi stās ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel altari reuerentia, erectus incipit missam. Si autem celebraturus sit coram summo Pontifice, sicut se in infimo gradu altaris a cornu euangelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, et stans versus altare incipit Adissam. Si autē sit coram Cardinale, Patriarca, Archiepiscopo,

piscopo, vel Episcopo in eorū residētis, vel loco iurisdictionis, stans in infimo gradu a cornu euangelij vt supra expectat, dato signo facit profundam reuerentiam prelato, et versus ad altare incipit Missam. Si autem sollemniter celebrat coram summo Pontifice, aut alio ex prelatis predictis, stans a sinistris prelati, facit cum eo Confessionem, et alia seruat vt in Cerimoniali Romano, et in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrās in infimo gradu altaris vt supra, producēs manu dextera a fronte ad pectus signū crucis, dicit intelligibili voce. **In nomine patris, et filij, et Spiritus sancti Amē.** Et postquam id dixerit, nō debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet, sed continueat prosequi missam suā vsque ad finem. Cum seipsum signat, sinistras ponit infra pectus, in alijs benedictionibus cum est ad altare et seipsum non benedicit, ponit eam super altari. Seipsum benedicens, vertit ad se palmam manus dextre, et omnibus illius digitis iunctis et extensis, a fronte ad pectus, et ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis format. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totas manus dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis et extensis: quod in omni benedictione obseruatur. Postquā dixerit. **In nomine patris** etc. vt supra, iungit manus ante pectus pronuncians clara voce Antiphonam. **Introibo ad altare dei.** Minister retro post eū ad sinistrā genuflexus, et in missa solenni ministri hinc inde stantes rident. **Ad deū qui legitur inuentum meam.** Deinde Sacerdos eodē modo stans incipit, et prosequitur cū ministro vel ministris alternatim Psalmū, **Judica me deus,** vsqz ad finē, cum **Gloria patri.** Quo finito repetit Antiphonā, **Introibo,** cum ministris vt supra. Qui Psalmus nunquam pretermittitur, nisi in missis defunctorum, et in missis de tpe a Dñica Passionis inclusive vsqz ad sabbatū sanctum exclusive, in quibus semel tantū dicta antea. **Introibo,** cū ministris vt supra, sacerdos statim subiungit **Gl. aditōriū nostrum,** etc. vt infra. Et in fine Psalmi dicit **Gloria patri** etc. capite cruci inclināt. Repetita Antiphona **Introibo** dextera manu producens signum crucis a fronte ad pectus, dicit **Gl. Aditōriū nostrum in noie domini.** **R. Qui fecit celum et terram.** Deinde

Ritus celebrandi.

Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicit **Confiteor** **deo** vt in ordinario. Et prosequitur eodem modo stans capite inclinato, donec a ministro vel ministris dictus sit **Misereatur**. Cum incipitur a ministris **Confiteor**, caput erigit. Cum dicit, **mea culpa** pater pectus dextra manu percutit. Si est coram Pontifice, et Cardinali in loco sui Tituli seu Cardinalatus, et coram Legato sedis Apostolicę, Patriarca, Archiepiscopo, et Episcopo eius Prouincia, Ciuitate, vel dięcesi constitutis, vbi dicit, **Uobis fratres**, dicat **tibi pater** similiter in fine, vbi dicit **Vos fratres** dicat **Te pater** quod dicens summo Pontifici genuflectit, alijs Prelatis profunde inclinatur. Cuius ministri, et qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent. **Confiteor** dicunt **tibi pater** et **te pater** facta a circumstantibus Confessione, celebrans stans respondet. **Misereatur vestri**. etc. Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus signum Crucis, dicit: **Indulgentias**. etc. Et stans capite inclinato prosequitur, **Deus tu conuersus** et que sequuntur in Ordinario, clara voce vsque ad orationem **Aufer a nobis**. etc. quam dicit secreto. Et tunc si coram summo Pontifice, aut alijs Prelatis vti supra, celebret, facta summo Pontifici genuflectione, alijs Prelatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris, et ibi dicit, **Aufer a nobis**. etc. vt supra.

C De introitu, **Kyrie eleison**, et **Gloria in excelsis**. Cap. 29.

Occedit ad medium altaris, vbi stans capite inclinato, et iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabule seu mensę altaris tangant residuo manuum inter altare et se retento Pollice dextro super sinistrum in modum crucis posite (quod semper obseruatur cum manus iunctę super altare ponuntur) secreto dicit **Oramus te domine**. etc. Duo dicto osculatur altare in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: quod in ceteris deosculatiōe altaris seruatur: sed post consecrationē pollices ab indicibus non disiunguntur. Osculato altari accedit ad cornu sinistrum altaris, id est, Epistolę vbi stans versus altare, et producens a fronte ad pectus signum crucis, incipit intelligibili voce, **Introitus** missę et prosequitur iunctis manibus. Cum repe-

fit Introitum non signat se vt prius, & eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicit simili voce ter *Agnus dei* ter, *Thufte eleison*, & iterū ter, *Agnus eleison*, alternatim cū ministris. Si minister vel qui interfunt celebranti non respondeat, ipse solus novies dicit. Dicto vltimo *Agnus eleison*, sacerdos ibidē vt prius stans & manus extendens, elevansque, & iungens, voce prædicta incipit, si dicendum sit, *Gloria in excelsis*, cū dicit, *Deo* caput cruci inclināt, quo erecto stans iunctis manibus vt prius, profequitur vsq; ad finē. Luz dicit: *Adoramus te* *Sanctas* agimus tibi: *Jesus Thufte*: *Suscipe deprecationem nostram*, & iterum *Jesus Thufte*, caput cruci inclināt. Cum dicit in fine, *Cum sancto spiritu* seipsum a fronte ad pectus signat, interim perficiens. *In gloria Dei patris. Amen.* In missa solenni sacerdos facta Confessione ascendit cū ministris ad altare, quo per eū osculato, ponit incensum in thuribulo, ministrante Diacono nauiculā, & thuriferario thuribulū. Antequam ponat in censum, illud benedicit, dicens, *Ab illo benedicaris* &c. Postea Diaconus red dita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulū, & dat celebranti osculata prius eius manu, qui facta cruci reuerentia, eaz ter incensat, deinde imagines & reliquias si adsint, postea candelabra semel singulis thuribulū ducens, primū a cornu epistolę candelabra, & illius postremā partē inferiorē, deinde superiorē, & procedens ante crucem, facta ei reuerentia incensat alia candelabra in cornu euangelij, & illius postremā partem altaris inferiorē & superiorē, deinde totam anteriorem vsq; ad extremum altaris in cornu epistolę, facta cruci reuerentia eaz ante eaz transit, & redito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi stantibus, profequit *Introitu* & *Agnus eleison*. Luz vero intonat hūmūz, *Gloria in excelsis*, Diaconus & Subdiaconus, vnus post aliū stant a tergo celebrantis, postea ascendunt ad altare, & hinc inde cum celebrante hūmūz submissa voce profequuntur vsq; ad finem.

De Oratone. Cap. 30.

O Jcto hūmūz *Gloria in excelsis*, vel si non sit dicendus, eo omisso, celebrans osculatur altare in medio, manibus hinc inde

Ritus celebrandi

hinc inde super illo vt supra extensis, tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis vertit se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrū versus populum, et extendens ac iungēs manus ante pectus vt prius dicit voce predicta, **Deus vobiscum**. **R.** **Et cum spiritu tuo** iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librum, vbi extendens et iungens ante pectus manus, caputq; cruci inclinans, dicit **Oremus**, tū extendit manus ante pectus, ita vt palma vnus manus respiciat alteram, et digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiaq; non excedat, qd in omni extensione manuum ante pectus seruetur. Stans autem vt supra extensis manibus, dicit **Orationem**. Cum dicit, **Per dñm nrm**, iungit manus. Si aliter concluditur Oratio, **Qui tecum**, vel **qui viuit** cum dicit, **in veritate**, iungit manus. cum nominatur nomen **Jesus** caput versus crucem inclinat. Cum in Oratione nominatur nomē beatę Marię, vel Sanctorū de quibus dicitur **Missa**, vel sit commemoratio, item in Oratione p̄ Papa quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes sunt eisdem idem in eis in voce, extensione manuum, et capitis inclinatione, quod supra dictū est, obseruatur. Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, nō vertit humeros ad altare, cum dicturus est, **Deus vobiscum**, **Orate fratres**, **Ite missa est** vel daturus benedictionem, sed osculato altari in medio, tibi expansis et iunctis manibus vt supra, salutatur populum. ¶ In quatuor temporibus, vel alias qñ dicendę sunt plures Orationes cum prophetijs, dicto **Kyrie eleison** in medio Altaris, reuertitur ad cornu epistolę, vbi stās ante librum extensis et iunctis ante pectus manibus, et caput cruci inclinās, dicit **Oremus**, **Flectamus genua** et illico manibus super altare extensis, vt se ipsū ad altare sustineat, genuflectit, et sine mora surgens, eadem voce dicitur a ministro **Leuate** et manibus extensis dicit orationem vt supra, et in conclusione iungit. **Deus** autem legit prophetiam manus tenet super librum, vel altare positas. In missa solenni cum dñ **Domine vobiscum** et **Oratio** Diaconus et Subdiaconus stant retro pōst celebrantem, **Flectamus genua** dicitur a diacono, Subdiacono vero, **Leuate** illum primum genuflectente, hoc primum surgente. **¶**

Omnibus diebus celebras positus super librum, vel super altare manibus, ita ut palme librum tangant, vel (ut placuerit) librum tenens, legit *in* intelligibili voce. Si celebrat solenniter legat de missa voce cum ministris, similiter *Graduum* et *Evangelium*. *Lecta* respondetur a ministris, *Deo gratias* et similiter stans ut prius, prosequitur *Gloriale*, *Alleluia*, et *Tractum* et *Sequentiam*, si dicenda sint. Quibus dictis celebrans si privatim celebret, ipsemet seu minister porrat librum *Missalis* ad alteram partem altaris in cornu evangelij, et dum transit ante medium altaris caput cruci inclinet, et *Missale* sic locat, ut posterior pars libri respiciat ipsam cornu altaris, et non ad parietem, siue ad partem eius contra se directam. Locato *Missali* in altari, celebrans redit ad medium altaris, et ibi stans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus lenatisque ad Deum oculis, secrete dicit, *Munda cor meum* et *Domine Deus Rex celi et terre* etc. *Subde* etc. ut in ordinaro. Quibus dictis vadit ad librum *Missalis*, ubi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, *Domine Deus Rex celi et terre* etc. *Deinde* pollice dextre manus signo crucis signat, primo librum super principio Evangelij, quod est dicturus, postea seipsum in fronte, ore, et pectore, dicens, *Sequentia* vel *Evangelium*, *Sancti Evangelij* etc. *Gloria in excelsis Deo*. Tum iunctis iterum ut prius manibus stans ut supra, prosequitur Evangelium usque ad finem. Quo finito ministri respondent *Agnus Dei* etc. et celebrans elevans parumper librum, osculatur evangelium; preterquam in missis *Sanctorum*, in quibus non osculatur, et nisi celebret coram summo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha, Archiepiscopo vel Episcopo in eorum residentijs, quo casu deferretur cuilibet predictorum osculandus liber, et ipse celebrans tunc non osculatur. Dicto evangelio stans in medio Altaris versus Crucem elevans et iungens manus, caputque cruci inclinans incipit (si dicendum sit) *Credo*, cum dicit *in unum Deum* caput cruci inclinatur, quo erecto stans ibidem iunctis ante pectus manibus, ut prius, prosequitur usque ad finem. Cum dicit, *Jesus Christum*, caput cruci inclinatur. Cum dicit, *Et incarnatus*

Ritus celebrandi

Et incarnatus est, vsque ad **Homo factus est** Inclusive genu
flectit. Cum dicit **Et vitam venturi seculi, Amen** producit sibi
manu dextra signum crucis a fronte ad pectus. In missa solen-
ni Subdiaconus circa finem vltimę Orationis accipit amba-
bus manibus librum epistolarum deferens illuz supra pectus,
& facta Altari genuflexione in medio, vadit a parte epistolę cõ-
tra altare, & legit epistolam, quę lecta redit ad celebrantē, oscu-
latur eius manum, & ab eo benedicitur, præterquam in missis
Defunctorum. Deinde idem subdiaconus accipit **Missale** ce-
lebrantis, defert ad cornu euangelij in Altare, ibi ministrans
celebranti, qui lecto euangelio, & per Diaconum delato libro
euangeliorum ad altare, imponit incensum in thuribulū. Dein-
de Diaconus dicit, **Abunda cor meum**, genuflexus ante alta-
re, accepto libro euangeliorū de altari, & benedictione a celebra-
te, osculataque illius, manu vadit euz subdiacono a sinistris ad
locum euangelij contra altare versus populum, vbi Subdia-
cono librum tenente, medio inter duos Acolithos tenentes can-
delabra accensa, dicit **Dominus vobiscum**, iunctis manibus.
Cum dicit, **Sequentia** &c. signat frontem, os, pectus, & librum.
Postea ter librum incensat, hoc est in medio a dextris, & a sini-
stris, & prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim ce-
lebrans stat iunctis manibus a cornu epistolę versus euange-
lium. Quo finito osculatur sacerdos librum a Subdiacono sibi
delatum, & a Diacono ter incensatur. Postea stās in medio al-
taris versus crucem, incipit (si dicendum sit) **Symbolū**, stan-
tibus post eum Diacono & Subdiacono, deinde ad altare acce-
dentibus, & cum eo prosequentibus, vt dictuz est ad **Siquam**
excellentis. Si quandoque celebrās cantat missam sine Diacono
& Subdiacono, **Epistolam** cantat aliquis lector super pelliceo
indutus, qui in fine nō osculatur manū celebrantis. Euangelium
autē cantat ipse celebrās ad cornu Euangelij, qui & in fine misse
cātat. **Ite missa est** vel **Benedicamus dño** Pro tps diuersitate.

De Offertorio, & alijs vsque ad Canonem. Cap. 32.
O Icto Symbolo, vel si non sit dicendum, dicto euangelio
celebrans osculatur Altare in medio, & iunctis manibus
ante pectus, ibidem a stantē sinistra ad dextram vertit se ad po-
pulum, & extendens ac iungens manus dicit, **Dns vobiscum**,
& iun-

et iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Altaris, vbi extendens et iungens manus, caputque cruci inclinans, dicit **Oramus** tum iunctis vt prius manibus dicit **Offertorium**, et omnia que vsque ad finem missę in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur. Dicit **Offertorium**, si qui sint volentes offerre, celebrans accedit ad cornu Epistolę: vbi stans delecto capite latere suo sinistro altari verso, deponit manipulum de brachio sinistro, et accipiens illud in manum dextram porrigit summitatem eius singulis offerentibus osculandam, dicens singulis, **Acceptabile fit sacrificium iustum omnipotenti Deo** vel sic **Centuplum accipias et vitam eternam possideas**. Accepta omnium ablatione, celebrans reponit manipulum in brachium sinistrum: et reuertitur ad medium altaris: et si vult predicare, aut populum suum de malis operibus et negligentis, aut de obligatione quam habet erga ecclesiam vel pauperes arguere, conuersus ad populum faciat. Postmodum facit generale confessionem populo oibus genuflexis in hec verba. Signate vos signo sanctę crucis cum contritione peccatorum vestrorum, et dicatis sicut ego dixero.

Qonfiteor Deo omnipotenti, et Sanctę Marię semper virginis, sancto Michaeli Archangelo, sancto Iohanni Baptistę, sancto Iohanni Apostolo et Euangelistę, Sanctis Apostolis Petro et Paulo, et omnibus sanctis dei, et tibi pater, me grauer peccasse loquendo, male operando, mentiendo, periurando, cogitando, delectatione peccati, videndo, audiendo, odorando, gustando, et tangendo: multa mala feci, que facere non debuissim et multa bona omisi, que facere debuissim, ppter negligentiam meam multos etiam meis malis exemplis scandalizauit: et occasionem peccandi tribui: et ad peccandum induxi. De istis oibus et qualibuscumque peccatis et transgressionibus meis que feci, commisi, vel omisi a die et hora quibus, baptizatus fui vsque ad hanc presentem horam dolco et penitet me fecisse mala que feci, vel omisisse bona que facere potuissim: et dico meam culpam, et meam grauissimam culpam: et peccor omnipotentem Deum, qui per suam copiosissimam misericordiam indulget mihi oia peccata mea: et tu pater digneris me ab ipsis auctoritate dei et ecclesię qua fungeris, absolueris: et salutare penitentiam iniungere: et rogare Deum pro me misero peccatore.

¶ **Quis**

Ritus celebrandi

Questa è una breue confessione volgare canuta da questa lingua
Ateni il legno della sancta Croce con dolore et penitēto
de vostri peccati: et dite come diro io: mi confesso al' om-
nipotente Dio, et alla gloriosa sempre Virgine Maria, et a san-
Michele Archangelo, a san Gioa Battista, a san Giovanni
Apostolo, et Evangelista, a santi Apostoli Pietro, et Paulo, et a
tutti i Santi, et Sante di Dio, et a voi Padre spirituale dele-
l'anima mia, ch'io ho peccato grauemente, et spesse volte in mal
dire, in mal operare, in mal pefare: ho fatto di molti mali ch'io
no doueua fare, et dati di molti mali esempi, et scodalizato il ps-
simo mio: et di tutti questi et molti altri peccati, dalliquali mi sa-
ria potuto guardare et non mi son guardato, ne son dolente et
pentito: et ne dico a Dio mia colpa et mia graue colpa: et prego
Dio, che per sua infinita pieta et misericordia mi perdoni: et voi
Padre per l'autozita, che vi e cōcessa, mi absoluate et pregbia-
te la diuina bōta, che habbia misericordia di me misero pco-
re.
Tunc sacerdos eleuata manu dextera super populū dicat. Para-
cat vobis omnipotens Deus. Quilibet vestrum in remissiones
peccatorum suorum dicat. *Patet noster, Ave Maria:*
pro vnione, pace, et concordia sancte mris ecclesie, et p salute
totius populi Christiani quilibet dicat. *Patet noster, Ave*
Aue Maria. Et pro omnibus fidelibus defunctis, quorum anime
sunt in purgatorio, Patet noster, Ave Maria.
reatur vestri ops Deus: et dimissis omnibus peccatis vestris,
pducatur vos in vita eterna. Amen. *Indulgentia absolutione,*
remissionem oium pcorum vestrorū, emendationem vite et ob-
seruantiam suoz pceptorum, vitam sanctam et exitum beatū tri-
buet vobis ops et misericors Deus. Amen. Et benedictio Dei
omnipotentis pa- tris, et fi- lii, et spiritus sancti descēdat
super vos: et maneat semper Amen. *La indulgentia et pdonā-*
za, che voi hauete acquistata p venire alla chiesa, et deuoramen-
te v dire la messa et il diuino officio, et ogni altra bona operatio-
ne, cosi come io ve l'annuncio in terra, Dio ve le representi in
cielo ne beni di vita eterna. Pax et benedictio Dei omnipoten-
tis, pa- tris, et fi- lii, et spiritus sancti descendat sup vos,
et maneat semper. Amen. Et cōuersus ad altare faciat oblatio-
nē. Et si non sunt qui offerant, vel si nō sit faciendā dicta pmissio:
dicto offeri.

dicto offert. discooperit calicem, et ad cornu eple sistit, et amota parua palla desuper hostiam, accipit patenam cum hostia, et am-
 babis manibus vsque ad pectus eam eleuatam tenens, oculis
 eleuatis ad Deum dicit. **Suscipe sancte pater** etc. Si fuerint alig
 hostie non super patenam, sed super corporale, vel in alio vase p
 Communionem populi consecrande, calicem illum seu vas dextra
 discooperit, et intentionem suam etiam ad illas offerendas: et co
 ferandas dirigens, dicit vt supra. **Suscipe** etc. vt in ordinario.
 Quod dicto, faciens signum crucis cum dicta patena ponit ho
 stiam super corporale circa medium anterioris partis corpora
 lis ante se, et patenam ad manum dextram aliquantulum subtus
 corporale. Si autem ad sit vas seu calix cum alijs hostijs cooperit
 patena ipsa. Deinde accipit calicem, purificatorio extergit, et ac
 cipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinum in calice,
 Deinde producit signum crucis super ampullam aque, et dicit,
Deus qui humane substantie, imponens paruum aque in cali
 ce profecquitur, **Da nobis per huius aque, et vini mysterium.** Si
 vero celebrat pro defunctis, non facit signum crucis super aquam
 sed imponit absque benedictione, dicens Orationem vt supra.
 Imposita aqua in calice, et finita Oratione predicta, accipit cali
 cem discoopertum, et stans ante medium altaris ipsam ambabus
 manibus eleuatam tenens, videlicet, cum sinistra pedem, cum
 dextra autem nodum infra cuppam, intentis ad Deum oculis
 offert, dicens. **Offerimus tibi domine** etc. qua oratione dicta fa
 cit signum crucis cum calice super corporale, et ipsum in medio
 post hostiam collocat, et palla cooperit. Deinde iuetis manibus
 super altare positis, capite inclinato dicit secreto. **In spiritu hu
 militatis** etc. Postea eleuans oculos, manusque expandens et sta
 tim iungens ante pectus (quod semper facit quando aliquid est
 benedicturus) dicit. **Veni sanctificator** etc. cum dicit, et benedic
 signat manu dextra Communiter super hostiam et calicem. Tunc
 iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu epistolae, vbi stans
 ministro aquam fundente lauat manus, idest, extremitates di
 gitorum pollicis et indicis, dicens Psalmum. **Laus deo inter
 uocentes** cum **Gloria patri** etc. qui versus, **Gloria pa** pre
 termittitur in missis defunctorum, et in missis a Dominica de
 Passione vsque ad sabbatum sanctum exclusiue. In missa solen
 ti dicto

Modus celebrandi

ni dicto **Oramus.** Diaconus & Subdiaconus accedunt ad Altare a cornu epistolę, Diaconus amouet calicē, detegit, dat patenam cum hostia celebranti, Subdiaconus extergit calicē purificatorio, Diaconus imponit vinum, Subdiaconus interim ampullam aque ostendens celebranti dicit **Benedicite pater reuerende,** qui facto versus eam signo crucis dicit orationes, **Deus qui humane** &c. interim Subdiaconus infundit paulum aque in calicem, Diaconus illum celebranti dat & pedem calicis tangens, seu brachium dextrum celebrantis sustentans, cū eo dicit **Offertimus tibi domine** &c. postea positi in altari vt supra palla cooperit: subdiacono deinde ponit in dextra manu patenam, quaz cooperit, extremitate veli ab eius humero pedetis qui vadit post celebrantem ante mediū Altaris, & ibi stat in loco conuenienti dicto **Veni sanctificator** vt supra, celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauticulam, dicens **Per intercessionem** &c. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manu Diaconi incensat oblata, ter ouēe thuribulum super calicem & hostiam in modum crucis & ter circum calicem & hostiam scilicet bis a dextra ad sinistram, & semel a sinistra ad dextram, dispensans verba in qualibet incensatione hoc modo: In prima incensatione, **Incensus ihu.** In secūda **a te benedictum.** In tertia, **ascendat ad te domine.** In quarta, **& descendat super nos.** In quinta & sexta **miserere cordi meo.** Deinde incensat Altare dicens **Dirigatur dominus orationes** &c. vt in ordinario. Et incensatur ipse, vt supra. Postea Diaconus incensat Chorum, & postremo Subdiaconus tenentem patenam, & ipse Diaconus incensatur a thuriferario, & thuriferarius postea incensat populum. Celebrans variis manibus eas tergit, & illis ante pectus iunctis reuertitur ad mediū altaris, vbi stans oculosque ad Deum eleuans & statim demittens manibus iunctis super Altare, capiteque inclinato dicit **crede. Suscipe sancta Trinitas** &c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, & super altare positus, osculatur altare in medio: tū iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, a sinistra manu ad dextram vertit se ad populum, & versus eum extendens & innuens manus, dicit voce aliquantulum eleuata **Orate fratres, & secrete pseques, vt vobis ac vestris sacrificiis** &c. perficiat

perficit circulus, reuertens iunctis manibus ante pectus a ma-
nu dextra ad medium altaris. Et responso a ministris vel cir-
cumscribitur. **Suscipiat dñs sacrificiū de manibus tuis** et alto-
quin per se ipsum, dicens **Sacrificiū de manibus meis** ipse ce-
lebrans manibus ante pectus extensis vt sit ad **Orationes** stās
in medio altaris versus librum dicit absolute sine alia interpo-
sitione **Oratione** vel **Orationes** secretas: cum dicit **Per dñm**
iungit manus: cū dicit **Jesum Ebm**, caput inclinat, quod facit
in prima oratione, et in vltima, si plures sint dicende. Peruento
aut in conclusione vltimę secrete ad verba illa, **Per oīa secula**
seculorum, excluditur, celebrans stans in medio altaris depōsi-
tis super eo manibus hinc inde extensis, dicit conuenienti et in-
telligibili voce **Prefationē** Luz dicit **Sursū corda** eleuat ma-
nas hinc inde extensas vsq; ad pectus. Luz dicit **Gratias aga-**
mus dño, iungit manus: cum dicit **Deo nostro** cruci caput in-
clinat. **R. Dignum et iustum est**, eleuatis et extēsis vt prius ma-
nibus, prosequitur **Prefationē** propriam, vel cōmunein, vt tem-
pus requirit. Cū dicit **Sanctus** iunctis ante pectus manibus, et
inclinatus voce mediocri prosequit. Luz dicit **Benedictus qui**
venit in nomine Dñi et signum crucis sibi producit a frōte ad
pectus. In missa solenni cuz dicit **Prefatio** Diaconus et Sub-
diaconus stans retro post celebratē, et paulo antequam dicatur
Sactus, accedunt ad altare, vbi cū celebrante hinc inde dicūt
Sanctus et sequunt vsq; ad **Canones**. Deinde Diaconus ac-
cedit ad sinistram celebrantis, ei assistens dū dicit **Canon**, nisi
ali^o sacerdos assistat: Subdiacon^o vero tūc stat post celebratē.

De Canone Missę, vsq; ad Consecrationem. Cap. 33.
In ista prefatione vt supra celebrans manibus iunctis sit
per altare positus, stans ante medium altaris versus ad il-
lud eleuatis oculis ad Deū, et sine mora demissis, profunde in-
clinatus incipit **Canonem**, secrete dicens **Te igitur** et. vt in or-
dinaro. Luz dicit **vti accepta habeas et benedicas** prius oscu-
latur ante se altare: erigit se, et stat iunctis manibus ante pectus.
Luz dicit **Hęc dona, hęc munera, hęc sancta sacrificia:** dextra
manu ter signat communiter super hostiam et calicem. Deinde
extensis manibus ante pectus prosequitur. **In Primis, que**
tibi offerimus et. Vbi dicit **vna cum famulo tuo papa no-**
stro H.

Ritus celebrandi

Pro M. exprimit nomen *Pape*, sede autem vacante verba predicta omittitur: ubi dicitur, *Antiphite nostro M.* specificatur nomen *Patriarche*, *Archiepiscopi*, vel *Episcopi ordinarii* in propria *Diocesi* qui si est vita functus, predicta verba omittuntur. Si celebrans est *Eps*, *Archiepiscopus*, vel *Patriarca* omittis predictis verbis, eorum loco dicit, *Et me indigno seruo tuo*. Si vero celebrans est *Papa*, omittis verbis, una cum famulo tuo *Papa nostro M.* & *Antiphite nostro M.* dicit, una cum me indigno famulo tuo quem gregi tuo precisse voluisti. Et continent omnes ut sequitur. Et omnibus orthodoxis, &c. Cum dicit *Ad mento domine*, elevans & iungens manus usque ad faciem vel pectus, sic iunctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationem viatorum *Christi* fidelium ad suam voluntatem, quorum nomina si vult secrete commemoraret, non tamen necesse est ea exprimere, sed mente tantum eorum memoriam habeat. Potest etiam celebrans si pro pluribus orare intendit, ne circumstantibus sit morosus, ante missam in animo proponere sibi omnes illos tam viuos quam defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit: & hoc loco generaliter unico contextu ipsorum viatorum commemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa. Commemoratione viatorum facta, demissis & extensis ut prius manibus, continuat, *Et omnium circumstantium* &c. Similiter stans prosequitur, *Communicantes* Cum dicit *Iesu Christi*, caput cruci inclinatur, in conclusione quando dicit *Per eundem* iungit manus, cum dicit *Hanc igitur oblationem*, extendit manus super oblata, ita ut palme sint aperte versus ac supra calicem & hostiam, quas sic tenet usque ad illa verba. *Per Christum dominum nostrum* tunc enim iungit manus & sic prosequitur. *Quam oblationem tu deus in omnibus questundas* & cum dicit, *benedictas adscriptam, ratam communiter* signat ter super hostiam & calicem simul. Deinde cum dicit, *ut nobis corpore* separatim signat semel super hostiam tantum, & cum dicit, *et sanguis* semel super calicem tantum, deinde elevans & iungens manus ante pectus, prosequitur, *pat. Dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi* inclinatur caput cruci si opus fuerit extergit pollicem & indices super corporali & vicit secrete ut prius. *Qui prae dicitur pateretur.*

pateretur, et accipiens pollice et indice sinistree manus hostias,
 et eam cum illis, ac indice et pollice sinistree manus tenens stans
 erectus ante medium altaris, dicit **Accipit panem in sanctas,**
 ac venerabiles manus suas: eleuansque ad celum oculos, et sta-
 tim demittens dicit, **et eleuatis oculis in celum ad te deum pa-**
trē suum omnipotentem, caputque aliquantulum inclinans
 dicit tibi gratias agens, et tenens hostiam inter pollicem, et in-
 dicem sinistree manus dextra producit signum crucis super eā
 dicens **benedixit, fregit, deditque Discipulis suis dicens, Acci-**
pite et manducate ex hoc omnes. Si adsit vas cuius alijs hostijs
 consecrandis, discooperit manu dextra calicem, seu vas aliarū
 hostiarum, et cubitis super Altare positus, stans capite inclina-
 to, distincte, reuerenter, et secrete profert verba consecrationis
 sup hostiā, et simul super oēs, si plures sint cōsecrande, et hostiā
 suam pollicibus et indicibus tantum tenens, attente, deuote, et
 continue profert verba consecrationis, **Hoc est enim corpus**
meum: Quibus prolatis celebrans tenens hostiam inter pol-
 lices et indices predictos super altare, reliquis manuum digitis
 extensis et simul iunctis (et hostijs si plures sint consecrate, in lo-
 co in quo a principio missę sunt positę sup corporali vel alio va-
 se vel calice dimissis) genuflexus eas adorat. Tunc se erigens,
 quantum commode potest eleuat in altum hostiam, et intentis
 in eam oculis (quod et in eleuatione calicis facit) populo reue-
 renter ostendat adorandam, et mox ipsam reuerenter super cor-
 porale reponit in eodem loco vnde eam leuauit, et deinceps pol-
 lices et indices non disiungit, nisi quando hostiam consecratam
 tangere vel tractare debet, vsque ad ablutionem digitorū post
 communione. Reposita hostia consecrata super corporali ge-
 nuflexus vsque ad terram hostiam ipsam veneratur: si adsit vas
 altarum hostiarum patena cooperit. Interim dum celebrans
 eleuat hostiam, minister manu sinistra eleuat fimbrias postero-
 res planete, ne ipsum celebrantem impediatur in eleuatione bra-
 chiorum, quod et facit in eleuatione calicis. Celebrans adorato
 sacramento surgit, et discooperit calicem in quem, si opus sit, ex-
 terget digitos, quod semper faciat cum aliquod fragmentum di-
 gitis adhareat, et stans erectus dicit **Simili modo postquam ce-**
ratum est, et ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodū

Ritus celebrandi

infra cuppam, aliquantulumque elevans, et statim deponens dicit **accipiens et hunc preclarum calicem** etc. cum dicit **benedixit**, sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eum, et prosequens **dedi que discipulis suis** etc. ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positus, et capite inclinato, profert secrete, et devote ut supra verba consecrationis sanguinis. **Hic est enim calix** etc. Quibus dictis reponit calicem super corporale: et genuflexus sanguinem reuerenter adorat. Tunc se erigit, et accipiens calicem discooperit eum cum sanguine ambabus manibus ut prius, elevat eum, et erectum, quantum commode potest ostendit populo adorandum, dicens **Hec quotiescunque feceritis** etc. mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locum pristinum, et manu dextra palla cooperit, ac genuflexus sacramentum veneratur. In Missa solenni cum celebrans dicit **Quam oblationem** etc. Diaconus accedit ad dexteram celebrantis, et ibi in superiori gradu altaris genuflexus, cum sacramentum elevatur subnias planctus elevat et quando opus est se erigens, calicem cooperit, et discooperit, et cum celebrante genuflexus. Postposito calice Diaconus redit ad librum, nisi alius assistat.

De Cerimonia post Consecrationem usque ad Dionem Dni etc. Ca. 34

Reposito calice, et adorato, celebrans stans ante altare, extensis manibus ante pectus dicit secrete, **Et memores** etc. iungit manus ante pectus et cum dicit **Hosiam puram** etc. manu dextra signat ter communiter super hostiam et calicem et semel super hostiam tantum, et semel super calicem tantum dicens **panem sanctum vite eterne, et calicem salutis perpetue**, deinde stans ut prius, extensis manibus prosequitur **Supra que propitio** etc. Cum dicit **Supplices te rogamus** etc. inclinat se ante medium altaris, manibus iunctis super illo positus, cum dicit **ex hac altaris participatione**, osculatur altare, cum dicit **in cro sanctum filij tui** iungit manus et dextra signat semel super hostiam tantum, et semel super calicem dicens **Corpus et sanguinem sumpserimus**, et cum dicit **omni benedictione celesti** seipsum signat a fronte ad pectus signo crucis cum dicit **per eundem**, iungit manus. Cum dicit **Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui nos consecraverunt**, etc. statim etc.

tim extensis et iunctis manibus ante pectus, vel usque ad faciem
elevantis, et intentis oculis ad sacramentum super altare, facit
commemorationem fidelium Defunctorum, de quibus sibi vide-
tur eodem modo, ut dictum est de commemoratione uiuorum.
Qua commemoratione facta stans ut prius extensis manibus
prosequitur, **Ipsis domine, et omnibus in Christo** etc. et in fine
ad **Per eundem**, caput inclinat. Cum dicit **Hobis quoque pec-**
catibus vocem aliquantulum eleuat, et dextra manu pectus
sibi percutit, et prosequitur, famulis tuis etc. stans ut prius: cum
dicit, **Per Christum Dominum nostrum, per quem hec omnia**
Domine semper bona creas iungit manus ante pectus, dein-
de manu dextra ter signans communiter super hostiam et cali-
cem dicit **Sanctificas, uiuificas, benedixis, et prestas nobis,**
postea discooperit manu dextra calicem, et genuflexus reueren-
tiam facit sacramento, tum se erigit et reuerenter accipit hostiam
inter pollicem et indicem dextere manus, et cum ea super calicem,
quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat
terra labio ad labium, dicens **Per ipsum, et cum ipso, et in ipso.**
Et cum hostia bis inter se et calicem a labio calicis incipiens
signat dicens est **tibi Deo patri omnipotenti, in unitate Spi-**
ritus sancti omnis honor et gloria. Deinde tenens manu dex-
tra hostiam super calicem, sinistra calicem, eleuat eam aliqua-
tulum simul cum calice dicens: **Omnis honor et gloria,** et sta-
tim utrumque deponens hostiam collocat super corporali, et
digitos si fragmentum aliquod illis adhaereat, extergit in cali-
ce (quod semper si opus sit faciat cum hostiam sacram tetigit.)
ac pollices et indices ut prius iungens, calices palla cooperit,
et genuflexus usque ad terram sacramentum veneratur. In missa
solemni cum celebrans dicit **Per quem hec omnia** etc. Diaconus
facta sacramento genuflexione accedit ad dextram cele-
brantis, et quando opus est discooperit calicem, et cum celebra-
te adorat: similiter cooperit, et iterum genuflectit. Postea vadit
repro post celebrantem, ubi stat dum dicitur oratio Dñica.

De Orone Dñica, et aliis usque ad factam Latione. Cap. 17.
Celebrans cooperito ad oratoq; calice erigit se, et more solito
manibus extensis hinc inde sup altare positus, dicit intelligi
dili voce. **Per oia scia scloz** etc. Cum dicit **Orum** iungit man⁹ ca-
put sa-

Ritus celebrandi

put sacramento inclinens. Cum incipit, **Pater noster** extendit manus & stans oculis ad sacramentum intentis prosequitur vsque ad finem. Responso a ministro, **Sed libera nos a malo** & a celebrante, **Amen** manu dextra, pollice & indice non disiectis, patenam accipit inter indicem & medium digitos, quam tenens super altare erectam dicit secrete, **Libera nos quesumus** &c. In missa solenni cum in oratione Dominica dicitur, & **dimite nobis debita nostra** Diaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione vadit ad dextram celebrantis, & subdiaconus circa finem orationis Dominice, reuertitur ad altare, & offert patenam Diacono, qui eam discooperit, & dat celebranti osculans eius manum discooperitque & cooperit calicem quando opus est simul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat **Da propitius pacem in diebus nostris**, eleuat manu dextra patenam de altari, & seipsum cum ea signat a fronte ad pectus, & dicens **Da propitius pacem in diebus nostris** patenam ipsam osculatur & prosequens, **ut ope misericordie tue** &c. submittit patenam hostie, quam indice sinistro accommodat super patenam, discooperit calicem, & genuflexus in terra sacramentum adorat, tum se erigens accipit hostiam inter pollicem & indicem dextre manus, & cum illis, ac pollice & indice sinistre manus eam super calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens, **Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum**, mediam partem quam inter pollicem, & indicem dextre manus tenet, ponit super patenam: de alia media quam sinistra manu tenet frangit cum pollice & indice dextre manus partem maiorem quam sinistra tenet adiungit medie super patenam positam interim dicens, **in unitate Spiritus Sancti Deus**. Et partem maiorem quam in dextra manu retinuit, tenens super calicem, quem sinistra per modum infra cuppam retinet, & intelligibili voce dicit, **Per omnia secula seculorum** &c. Amen & cum ipsa particula signans ter a labio ad labium calicis dicit, **Pat Domini sit semper vobiscum**. Responso per ministros. **Et cum spiritu tuo** partem maiorem quam dextra manu tenet, ponit in sanguinem dicens secrete, **Hec commistio & consecratio corporis** &c. Deinde pol-

de pollices & indices super calicem aliquantulum tergit & iungit, calicem palla cooperit & genuflexus sacramentum adorat, surgit, & stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus sacramentum, dicit intelligibili voce, **Agnus dei qui tollis peccata mundi,** & dextra percutiens sibi pectus dicit **miserere nobis,** quod & tertio facit, cui dicit **dona nobis pacem.** Tunc manibus iunctis super altare positis, capite inclinato oculisque ad sacramentum intentis dicit secreto. **Domine Jesu Chreste.** **Qua oratione finita,** si est daturus pacem, osculatur altare in medio, & ei statim instrumentum pacis porrigatur a ministro iuxta ipsam ad dextram, hoc est in cornu epistolę genuflexo & dicit. **Pax tecum.** Si non adsit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam si illius datio missę cõueniat: nec osculatur altare, sed dicta premissa oratione statim subiungit alias orationes ut in Ordinario. Si vero celebret pro defunctis, nõ percussit pectus ad **Agnus Dei,** quod dicit, **dona eis requiem,** nec dicit primam orationem **Domine Jesu Chreste qui dixisti Apostolis tuis** &c. non dat pacem, sed dicit alias sequentes Orationes, **Domine Jesu Chreste fili Dei vivi** & **Preceptio corporis tui.** Quibus Orationibus dictis, genuflectens sacramentum adorat, & se erigens dicit secreto, **panem cęlestem accipiam.** Quo dicto dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes hostię & collocat inter pollicem & indicem sinistrę manus, quibus patenam inter eundem indicem & medium digitos supponit, & eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenam dextera tribus vicibus percussit pectus suum, interim etiã tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata. **Domine nõ sum dignus** & secreto prosequitur, **ut intres** &c. Quibus tertio dictis ex sinistra accipit ambas partes predictas hostię inter pollicem & indicem dextrę manus, & cum illa supra patenam signat seipsum signo crucis, dicens **Corpus Domini nostri Jesu Chresti custodiat animam meam in vitam eternam.** Amen. Deinde reuerenter easdem ambas partes sumit, quibus sumptis deponit patenam super corporale, & erigens se iunctis indiciibus & pollicibus ambas quoque manus ante faciem iungit, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicit secreto, **Quid retribuam**

Ritus celebrandi

38
buam domino pro omnibus que retribuit mihi. & discooperto calice accipit patenam, & eam diligenter cum pollice & indice dextre manus super calicem extergit, & ipsos digitos ne quod fragmentorum in eis remaneat. Si vero adsint hostie consecrate super corporale posite pro alio tempore conservande, facta prius genuflexione reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter advertat, ne aliquod fragmentum, quantumcunque minimum, remaneat super corporale, quod si fuerit, accurrate reponit in calicem, post extersionem patene iunctis pollicibus, & indicibus iterum genuflexit Sacramento, surgit, & calicem dextra manu infra nodum cuppe accipit dicens **Calicem salutaris,** &c. & signans se signo Crucis cum calice dicit **Sanguis Domini nostri** &c. & manu sinistra supponens patenam calici, stans reverenter sumit totum sanguinem cum particula in calice posita. Quibus sumptis dicit secrete, **Quod ore sumpsimus** &c. postea super altare porrigit calicem ministro, ad cornu Epistolae, quo vinum fundente, se purificat, deinde abluit pollices & indices super calicem, quos abstergit purificatorio interum dicens **Corpus tuum domine quod sumpsi** &c. ablationem sumit & extergit deinde os & calicem purificatorio, quo facto purificatorius extendit super calicem, & de super patenam, ac super patenam parvam pallam, & cooperit veloplicat corporale & reponit in bursum, quam ponit super calicem, & collocat super altare ut prius.

¶ Si qui sunt communicandi in missa, eos communicet antequam fiat purificationem, & antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicit, **Quod ore sumpsimus domine** &c. & deinde se & eos qui communicarunt purificans dicit, **Corpus tuum domine quod sumpsi,** & alta facit ut supra. In missa solenni diaconus stans retro post celebrantem, cum in oratione Dominica dicitur, **Et mitte nobis debita nostra** facta ibidem genuflexione altari vadit ad dextram celebrantis, & patenam purificatorio abstergens dat celebranti illius manum osculando, & quando opus est, discooperit, & cooperit, & cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, **Pax domini** &c. subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, vadit ad sinistram celebrantis, & simul decum, **Agnus Dei:** Deinde facta ibidem Sacramento genuflexione redit post celebrantem. Diaconus vero a dextris

ro a dextris genuflexus expectat pacem, et cum celebrans oscu-
latur altare, ipse se erigens simul osculatur altare, et a celebran-
te completus accipit pacem, respondens ei, **Et cum spiritu tuo.**
Postea iterum sacramento in altari adorato, vertit se ad sub-
diaconum retro post celebrantem, qui similiter a Diacono ac-
cepta pace, facta prius altari genuflexione, comitat^r acolytho
vadit ad Thorum, et dat similiter pacem primo cuiusque ordi-
nis, dignioribus prius, deinde minus dignis, et reuersus ad Al-
tare dat pacem acolytho qui ipsum comitauerat, qui et alijs aco-
lythis circa Altare dat pacem, deinde vadit ad dextram cele-
brantis, et quando opus est discooperit calicem, accipit ampul-
lam vini, et infundit quando celebrans vult purificare.

De Cōione, et Orationibus post cōionem dicendis. Cap. 36.

Celebrante purificato, dum calicē collocat in altari, liber
Missalis deferitur per ministrum ad cornu Epistolę, et col-
locatur vt in Introitu. In missa solenni Diaconus deferit librū
Missalis ad cornu Epistolę, postea vadit retro post celebrantē
Subdiaconus vero vadit ad cornu Euangelij, vbi calicem mū-
dat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in bur-
sam, et illam ponit super calicem coopertum velo, quem collo-
cat in altari vel super credentia vt prius, postea redit ad locū
suum retro post Diaconum. His expeditis celebrans stans le-
git Antifonam que dicitur **Communio**, qua lecta iunctis ma-
nibus ante pectus vadit ad medium altaris, et eo osculato, ver-
tit se ad populum, et dicit **Dominus vobiscum**, redit ad librum
dicit orationes. **Post communionem** eisdem modo numero, et
ordine vt supra dicte sunt Collectę. Quibus dictis iungens ma-
nis ante pectus reuertit ad mediū altaris, et eo osculato ver-
tit se ad populum, et dicit vt supra, **Dominus vobiscum**. Quo di-
cto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit,
si dicendum est, **Re missa est**. Quo dicto per eandem viam re-
uertitur ad altare. Si vero non sit dicendum, dicit **Dominus**
vobiscum reuertitur eodem modo per eandem viam ad me-
diū altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus ma-
nibus dicit **Benedicamus domino**. In missis autē defuncto-
rum eodem modo stans dicit **Requiescat in pace**. In missa so-
leni hec omnia eodem modo stans dicit diaconus, et cum di-
cit

Ritus celebrandi

cit, *Te missa est* celebrans quoque stat versus populum. In Quadragesima autem a feria Quarta Cinerum vsque ad ferias Quartam maioris et hebdomade, in feriali officio postquam celebrans dixit orationes post communionem cum suis solitis conclusionibus antequam dicat *Dominus vobiscum*, stans in eodem loco ante librum dicit. *Oramus. Humiliate capita vestra Deo*, extensis manibus subiungit eadem voce orationes super populum ibidem positam: qua finita osculatur altare et vertens se ad populum dicit *Dñs vobiscum* et alia vt supra. In missa solenni dicto per celebratē *Oramus. Diaconus* vertens se ad populum iunctis manibus dicit vt supra, *Humiliate*, etc. quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrantis, et celebrans dicit orationes.

C De Benedictione in fine missae, et Evangelio Scti Joannis. c. 37.
O dicto *Te missa est*, vel *Benedicamus Domino*, vt supra, Celebrans ante medium altaris stans iunctis manibus super altare, et capite inclinato, dicit secreta, *Placeat tibi sancta Trinitas* etc. quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positus, ipsum in medio osculatur, tum erigens se ad huc stans versus illud, extendi, eleuat, et iungit manus capitq; cruci inclinans, dicit voce intelligibili, *Benedicat vos omnipotens deus* et iunctis manibus fac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicit populo, dicens *Pater, et filius, et sp̄s sanctus*, circulum perficiens reuertitur ad cornu Evangelij, vbi dicto *Dñs vobiscum*, etc. *Et cum spiritu tuo*, pollice dextro signans primū signo crucis altare seu librum, deinde frontem, os, et pectus, dicit, *In iū sci euāgelij secundū Joannem* vel *Sequentia sci euāgelij*, vt dictum est in rubricis generalibus, et *R. Gloria tibi domine*, iunctis manibus legit euangelium *In principio* vel aliud vt conuenit.

In principio erat verbum: et verbum erat apud Deum: et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebrae eam non comprehenderunt. Sicut homo missus a Deo: cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux ve-

lar vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestates filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. **Genitrix dicit voce predicta.** Et verbū caro factum est. **Sargito stans, vt vnus, perficit euangelium eadem voce.** Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratie et veritatis. Si celebrans in Altari vertit faciem versus populum, non vertit se, sed stans vt erat, benedicit populum vt supra, in medio altaris; deinde accedit ad cornu euangelij, et dicit euangelium sancti Joannis. Si celebrat coram summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolice, Patriarca, Archiepiscopo, et Epo in provincia, ciuitate, vel diocesi sua existente, celebras dicto **Placeat tibi sancta Trinitas** etc. dicit, **Benedicat vos omnipotes deus,** et conuertens se ad summum Pontificem genitrixus, ad Cardinalem vero, Legatum, vel Prelatum suum, capite inclinato quasi licentia benedicendi petens prosequitur, **Pater, et filius, et Spiritus sanctus** benedicens astantes a parte vbi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prelatus predicti. Si autem celebrat coram Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum titulum, ecclesiam, provinciam, ciuitatem vel diocesim constitutis, eis absque alio respectu vt ceteris qui intersunt more confecto benedicit. Si autem celebrat pro defunctis, dicto **Placeat tibi sancta Trinitas**, vt supra, accedit ad cornu euangelij, et dicit euangelium sancti Joannis, pretermissa benedictione, que in missis defunctorum, non datur. Finito euangelio in fine missae, si celebrat coram summo Pontifice, Cardinale, Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residetibus, ecclesia, vel loco Iurisdictionis eorum, conuertit se ad illum coram quo ex predictis celebrat, et facit reuerentiam couenientem. Si non celebrat coram aliquo predictorum, huiusmodi reuerentiam pretermittit. Quibus omnibus absolutis, extinguuntur per ministrum candelae; interim sacerdos cooperto capite accipit sinistram calicem, dextram ponens super bursam ne cadat, descendit ad infra

Ritus celebrandi

ad infimum gradum altaris, et ibi in medio vertens se ad illud caput inclinatur et facta reuerentia, pcedente ministro, comodo quo venerat redit ad sacrificiū, interim dicens Antiphonā, *Et in puerorum*, et canticum, *Benedicite*. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante altare ubi celebravit finito euangelio predicto, ibidem deponit vestes, et dicit Antiphonā predictā, *Et in puerorum* cum cantico, et alijs orationibus, et suo loco pontifex. In missa solenni omnia facit vt supra, hoc excepto, quod ter postulo benedicit, primo a cornu epistolę dicens *Pater* secundo ante mediū altaris dicens *et filius*, tertio a cornu euangelij dicens *et spiritus sanctus*, et dicto euangelio secundū Joannē, vel alio vt supra, celebrans discedit cum ministris ordine quo venerat.

De his que omittuntur in missa pro Defunctis. Cap. 38.
In missa pro defunctis ante confessionem nō dicitur psalmus *Judica me Deus*. Sed pronūciata antiphona *Introibo ad altare Dei* et responsō a ministris, sed ad *Deum* qui *testificat* et dicitur *Adiuutorium nostrum* et Confessio cum reliquis vt supra. In missa solenni post confessionem non incensatur altare. Cum celebrans ad altare incipit, *Introitum*, nō signat se, sed manu dextera extensa facit signum crucis super librum, quasi aliquis benedicens. Non dicitur *Gloria patri* sed post psalmum repetitur *Requiem eternam* nec *Gloria in excelsis*, nec *Aleluia*, nec *Jube dōne benedicere*, nec *Dominus sit in corde meo*, nec osculatur librum, in fine In missa solenni subdiaconus finita Epistola non osculatur manū celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur celebrantis manū, non tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantum acolythi sine candelabris tenent medianū subdiaconum, tenentem librum euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine celebrans, nec defertur liber euangeliorum osculandus. Item in missa defunctorū non dicitur *Credo* non benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur *Deus qui humane substantię* et c. In missa solenni oblata et altare incensantur vt supra, incensatur solus celebrans, et non incensantur alij. Cum lauat manū, non dicitur *Gloria patri* in psalmo *Requiescat in pace innocens*. Subdiaconus non tenet patenam post celebrantem, sed tempore elevationis sacramenti incensat sacramentum.

mentum. Ad **Agnus Dei** non dicitur **miserere nobis** cuius loco dicitur **dona eis requiem** nec tertio, **dona nobis pacem**, cuius loco dicitur **dona eis requiem sempiternam**, non dicitur prima oratio ante communionem, scilicet, **Domine Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis. &c.** nec datur **pac.** In fine non dicitur **Requiescat in pace**, nec **benedicamus domino**, sed **Requiescant in pace**. Et non datur benedictio sed dicto **Placet** dicitur ut supra. In principio erat **verbum** &c. Alia omnia ut in alijs missis.

Seria missa si facienda est absolutio, celebrans retrahit se ad cornu epistolae, exiitque casula, accipit pluuiiale nigrum: sub diacono medio inter duos acolythos deferentes candelabra accensa, defert crucem, precedētibz duobus alijs acolythis vno cum thuribulo & nauicula, alio cum aqua benedicta & aspersorio, sequitur celebrans & Diaconus a sinistris. Subdiaconus cum cruce sistit se in loco parato ad caput contra altare medius inter dictos acolythos deferentes luminaria: celebrans vero ex altera parte versus altare: a sinistris Diaconus, & alij duo acolythi deferentes vas aque benedictę, & thuribulum. Interim cantatur: **Kyrie eleison**, celebrans ponit incensuram in thuribulum ministrante Diacono nauiculā, dicto **Pater noster**, accipit aspersorium de manu Diaconi, & facta altaris reuerentia, comitante diacono a dextris & tenente simbriam anteriorem pluuialis, aspergit circūiens locum paratum, cum transit ante crucem in profunde inclinatur, diaconus vero genuflectit, & rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo asperserat, incensat. Postremo Diacono tenente librum orat iunctis manibus dicens **Et ne hos & versus A porta inferi**, cum alijs, & Orationem, **Absolue** **ne quesumus domine** &c. ut in Ordinario, & posteam dicens, **Requiem eternam** &c. facit crucem manu dextra super locum paratum & dicto per Cantores **Requiescant in pace**, precedente Cruce redit cum alijs ad sacristiam.

De his q̄ clara voce aut secreto dicenda sunt in **Missis** c. 39.

Amissa priuata clara voce dicitur **Antifona** ac **Psalmus** ad Introitum, **Confessio**, & que sequuntur, excepta oratione. **Aufer a nobis** & **Oramus te domine per merita sanctorum tuorum** &c. **Item** Introitus, **Kyrie eleison**, **Gloria in excelsis**, **Epis**

sis, Epistola, Graduale, Evangelium, Credo, Offertorium, Prefatio, Nobis quoque peccatoribus solum hec tria verba. Item Per omnia secula &c. cum Pater noster, Pax domini, Agnus dei, Domine nō sum dignus. Communio, post eorum mensam. Item missa est, vel benedicamus domino, vel Requiescamus evangelium, In principio Alia omnia dicuntur secreta. In missa solenni clara voce a celebrante dicuntur q̄si intonatur. Gloria in excelsis, & Credo. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio. Dñs vobiscum. Oremus ante offertorium. Prefatio, Pater noster, Pro post cōmunionem. Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in missa solenni.

De Hora celebrandi Missam. Cap. 40.

Missa privata saltem post Matutinū quacunque hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conventualis & solennis, sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus, & semiduplicibus, in Dominicis, & infra octavas, dicta in choro Hora tertia. In festis simplicibus & feriis per annum dicta Sexta. In Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus & vigiliis quē ieiunantur, dicta Nona. Missa autem defunctorum dici debet post Matutinum & primam dici, & vbi dicitur eorum vigilię, mane post Matutinum dici, dictis huiusmodi vigiliis cum Laudibus, immediate dici potest. Missa pro defunctis, Excipiuntur ab hoc ordine dicendi missam Conventualem, Missę in nocte Natiuitatis Domini, quę suo loco dicuntur, vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

De ordine sedendi, stādi, & genuflectēdi in missa solenni. Cap. 41.

In missa solenni celebrans mediis inter diaconū, & subdiaconū sedere potest a cornu Epistolę iuxta altare, cū cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis & Credo alio tēpore stat ad altare, & genuflectit quando oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangelium. In principio, ad illa verba, & homo factus est, & euangelium. Cum natus esset Iesus, ad illa verba, & procidentes adorauerunt eum. Item euangelium serig iiii post Dominicam quartam Quadragesimę, ad illa verba in fine, & procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, celebrans & circumstantes versus altare genuflectunt: subdiaconus vero tenens librum, & acolę tibi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit celebrans

privata

De coloribus paramentorum.

89

private, cum dicit, **flexamus genua**. non autem cum solemniter celebrat, sed diaconus, et subdiaconus, et circumstantes. Item celebrans et ministri genuflectunt, cum dicitur in Quadragesima, **Adiuua nos deus**. Item cum dicitur in missa Spiritus sancti, **Veni sancte spiritus**, reple, &c. Item quoniam legitur Passio, ad illa verba, **expiravit**, et quodcumque sunt genuflectiones ut supra, Circumstantes autem in missis privatis semper genuflectunt, preterquam ad Evangelium. In sollemnibus autem genuflectitur ab ijs, qui non sunt prelati ad **Confessionem** cum suo psalmo, et ab omnibus quando elevatur sacramentum, sed dum cantatur **Intronus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorium**, et facta Coenone, dum cantatur **Communio** sedetur, in alijs statur. In missis feriarum Adventus, Quadragesime, Vigiliarum que ieiunantur, et quatuor Temporum, ac in missis defunctorum circumstantes genuflectunt ad **Confessionem** cum suo psalmo, ad **Orationes** dicto per celebrantem **Sancus**, usque ad **Parvum domini**, et ad **post communionem**, excepta vigilia Pasche, et Pentecostes, ac Natiuitatis Domini.

De Coloribus, et qualitate Paramentorum. Cap. 42.

Paramenta Altaris, celebrantis, et ministrorum sint coloribus convenientis officio et missae diei, secundum usum Romanae Ecclesiae, que quinque coloribus uti consuevit, albo, rubro, viridi, violaceo, et nigro.

Albo colore utitur a vespere vigiliae Natiuitatis Domini usque ad octavam Epiphaniae inclusivae, exceptis festis Martini, et infra eam veniunt. Feria quinta in cena Domini, et Sabbato sancto in officio missae, et ab illo die usque ad Sabbatum Pentecostes exclusivae, in officio de tempore, preterquam in Missa Litaniarum, et Rogationum. In festis beate Marie, et per eius octavas, preterquam in benedictione candelarum, et processione que fit in festo Purificationis eiusdem. Item in eius missis votivis. In missa sancte Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festis Angelorum. In festo sancti Iohannis Baptistae. In festo Omnium sanctorum. In principali festo sancti Iohannis Evangeliste, quod celebratur infra octavam Natiuitatis. In vtraque Cathedra sancti Petri. In Conversione sancti Pauli. In festo sancti Petri ad Vincula. In festo Transfigurationis.

Al **nis**

63
 nis domini. In festis Confessorum Pont. et non Pont. et Docto-
 rum. In festis sanctarum virginum et non virginum, dummo-
 do non sint martyres. In Consecratione et Dedicatione eccle-
 sie, et per octavas predictorum festorum, que octavas habeat,
 quando fit officium de octava, et in Dominicis infra eas per an-
 num occurrentibus.

Rubeo colore utitur a vigilia Pentecostes in Missa usque
 ad sabbatum sequentem inclusivae. In festis sancte Crucis. In
 festo sancti Joannis ante portam Latinam. In Natali Aposto-
 lorum Petri et Pauli, et in festis aliorum Apostolorum, exceptis festo
 principali sancti Joannis Evangeliste post Nativitatem, et festo
 Conversionis S. Pauli, et Cathedralis sancti Petri, et eius Cim-
 colorum. In festis sanctorum et sanctarum martyrum, excepto
 festo sanctorum Innocentium, quando non venerit in Domini-
 ca: si autem in dominica venerit utitur rubeo: similiter in eius
 die octava, et per octavas predictorum festorum, que octavas
 habent, quando fit de octava, et in Dominicis per annum infra
 eas octavas occurrentibus.

Viridi colore utitur ab octava Epiphaniæ usque ad Septua-
 gesimam, et ab octava Pentecostes usque ad Adventum exclusivae.
 in officio de tempore, excepta dominica Trinitatis ut supra: oc-
 tor octavarum servatur, exceptis etiam vigiliis, et quatuor Tem-
 poribus ut infra.

Violaceo colore utitur a prima officia Adventus usque ad
 Missam vigiliæ Nativitatis Dñi inclusivae, et a Septuagesima
 usque ad officium ante Missam in vigilia pasche inclusivae in of-
 ficio de tempore, excepta feria v. in Cena Dñi, in qua utitur al-
 bo, et feria vi. in Parasceve, in qua utitur nigro, ut infra, et be-
 nedictione Cerei, in qua Diaconus illius Prefationem dicens
 solus utitur albo, ea autem finita violaceo ut prius. Item in officio
 vigiliæ pentecostes ante missam facta benedictione fontium in-
 clusivae. In quatuor Tempibus. In vigiliis, que jeiunantur, exce-
 ptis vigilia, et quatuor Tempibus pentecostes. In missa Trinitatis
 et Rogationum. In festo sanctorum Innocentium, quoniam non ve-
 nerit in die dominica. In benedictione candelarum in die Purifi-
 cationis Beate Mariæ, et in benedictione palmarum, et ipsa
 Dominica

Dominica in palmis et in eorundem, ac generaliter in omnibus processionibus, exceptis processionibus sancti Sacramenti, et que sunt in solennibus diebus.

C nigro colore utitur Feria sexta in pasce, et in missis Defunctorum.

C In officio missę celebrans semper utitur planeta super Albam. Si aut sit Episcopus, et solenniter celebrat, super Dalmaticam et Tunicella. Pluviale utitur in processionibus, et benedictionibus, que sunt in altari. Item in officio Laudum, et Vesperarum, quando solenniter dicuntur. Eodem utitur assistens celebranti, in Missa Pontificali. Item quando celebrans post Missam Defunctorum facit in fine absolutionem. Cum celebrans utitur pluviali, semper deponit manipulum, et ubi pluviale haberi non potest, in benedictionibus que sunt in altari, celebrans stat sine planeta cum Alba et Stola, Dalmatica et Tunicella utuntur Diaconus et Subdiaconus in Missa solenni, et processionibus, et benedictionibus quocumque Sacerdoti ministrant. In diebus vero ieiuniorum, et in Dominicis Adventus, et Quadragesime (Dominica Gaudere, et Actare exceptis) in Cathedralibus et precipuis Ecclesijs utuntur planetis plicatis ante pectus, quam planetam diaconus dimittit cum lecturus est Evangelium, et tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur, aut ponitur aliud genus stole latioris in modum planetę plicate, et facta communione resumit planetam ut prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in albis, et postea eam resumit ut prius. In minoribus autem Ecclesijs predictis diebus ieiuniorum alba tantum amicti ministrant, Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum stola ab humero dextro sub sinistrum pendente.

C orationes dicende cum sacerdos induitur Sacrorum dotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

D Domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam, ut sine pollutione mentis et corporis valeam tibi seruire. Amen.

AD 2 C 78

Gratiarum actio

Ad Annictum, cum illud ponit super caput, dicat.

Impone domine capiti meo galeam salutis, ad expurgandos diabolicos incurfus. Amen.

Ad Albam, cum ea induitur, dicat.

Oalba me Domine, et munda cor meum, ut in sanguine agni dealbatus, gaudijs perfruar sempiternis. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad Cingulum, dum se cingit, dicat.

Precinge me domine cingulo puritatis, et extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentie, et castitatis. Amen.

Ad manipulum, dum imponit ad brachium sinistrum, dicat.

Merrear Domine portare manipulum fletus, et dolores: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad Stolam, dum imponit collo, dicat.

Redde mihi Domine, obsecro, stolam immortalitatis, quam perdidisti in prevaricatione primi parentis, et quam indignus accedo ad tuum sacrum misterium, merear tamen gaudium sempiternum. Amen.

Ad Casulam, cum eam assumit, dicat.

Omine, qui dixisti, Jugum meum suave est, et onus meum leve, fac ut istud portare sic valeas, quod consequar tuas gratiam. Amen.

**Gratiarum actio post Missam. Cap. 44.
Antiphona.**



Item puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum, **Que Antiphona in duplicibus tantum replicatur.**

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicite

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.
Benedicite aque omnes, que super celos sunt domino: benedi-
cite omnes virtutes domini domino.
Benedicite sol & luna domino: benedicite stelle celi domino.
Benedicite imber & ros dño: benedicite ois spiritus dei dño.
Benedicite ignis & estus dño: benedicite frigus, & estas dño.
Benedicite rores & pruina dño: benedicite gelu & frigus dño.
Benedicite glacies & niues dño: benedicite noctes & dies dño.
Benedicite lux & tenebre dño: benedicite fulgura & nubes dño.
Benedicat terra dominum: laudet & superexaltet eum in secula.
Benedicite montes & colles domino: benedicite vniuersa ger-
minantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria & flumina dño.
Benedicite cete & omnia que mouentur in aquis domino: be-
nedicite omnes volucres celi domino.
Benedicite omnes bestie & pecora domino: benedicite filij ho-
minum domino.
Benedicat Israel dñm: laudet & superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi domino.
Benedicite spiritus & anime iustorum domino: benedicite san-
cti & humiles corde domino.
Benedicite Anania Azaria Misael domino: laudate & super-
exaltate eum in secula.
Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus &
superexaltemus eum in secula.
Benedictus es domine in firmamento celi: & laudabilis & glo-
riofus & superexaltatus in secula. **Psalmus.**
Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firma-
mento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum mul-
titudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio & citbara.
Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis, &
organo.
Laudate eum in cimbaliis bene sonantibus: laudate eum in cim-
balis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri, & filio, & spiritui etc. **Deinde repetitur Anapho.**
AD 3 M rium

Orationes dicende post missam

Mirum puerorum canemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes domino. **Deinde de sacerdos dicit.**
R. Prigeelei. **V.** histelei. **R.** yricelei. **Pater noster.** **V.** Et ne nos induc. **R.** Sed libe. **V.** Consteantur tibi domine omnia opera tua. **R.** Et sancti tui benedicant tibi. **V.** Exultabunt sancti in gloria. **R.** Letabuntur in cubilibus suis. **V.** Non nobis domine non nobis. **R.** Sed nomini tuo da gloriam. **V.** Domine exaudi orat. **R.** Et clam.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.**
Omus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium, pcede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flama vicioꝝ. **Oratio.**
Appetitiones nostras, quas domine, aspirando preueni, et adiuuando psequere, vt euncta nostra oratio, et operatio a te semper incipiat, et per te cepta finiatur. **Alia oratio.**

Omnis domine vitiorum nostrorum flammam extingue, qui beato Laurentio martyri tuo, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. **Per Christum.** **R.** Amen.

Potest et dicere sacerdos, si vult, post missam omnes sequentes orationes pro sui deuotione, vel partem earum ad libitum.

Anima Christi sanctissima scifica me corpus Christi sacrificium salua me. Sanguis Christi preciosissime inebria me. Aqua lateris Christi purissima munda me. Supor vultus Christi virtuosissime sana me. Passio Christi piissima conforta me. Bone Iesu custodi me. Infra vulnera tua absconde me. Non permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis voca me. Iube me venire ad te: et pone me iuxta te: vt cum angelis et archangelis tuis laudem te, per infinita secula seculorum. Amen.

Post missam potest dicere sacerdos sequentes orationes.

Oratio sancti Thomae ad Deum patrem.

Gratias tibi ago, domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, quia peccatore indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordie tue, et satiare dignatus es precioso corpore et sanguine filii tui domini nostri Iesu Christi. Et precor, vt hec sancta comunicatio non sit mihi reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum bone voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentie et libidinis exterminatio, charitatis, et patientie, humilitatis, et obe-

et obedientie augmentatio: contra insidias inimicorum omnium
tam visibili um quam invisibili um firma defensio. Ad otium meo-
rum tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio: in se vno
ac vero deo firma adhesio: atque finis mei felix consummatio.
Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorum
perducere digneris, vbi tu cum filio tuo et spiritu sancto, sanctis
tuis es lux vera, sanctitas plena, gaudium sempiternum, et iu-
cunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eundem.

Oratio ad beatissimam virginem Mariam.

O Serenissima et inclita mater dñi nostri Iesu Christi, vir-
go Maria regina mundi: que eundem creatorem omnium
creaturarum tuo sanctissimo vtero fuisti digna portare: cuius
idem sacratissimum corpus et sanguinem sumpsit: ad ipsum pro
me misero peccatore intercedere digneris: vt quicquid in hoc
ineffabili sacramento ignoranter, negligenter, irreuerenter, et
accidentaliter omisi, tuis precibus sanctissimis mihi indolge-
re dignetur. Qui viuit et regnat etc. **Alia oratio.**

Ale sanctissimum corpus dñicum in hoc sacramento pten-
tuz: te pñteor labijs: te toto corde diligo, et totis visceribus
pcepisco dignare (queso) hodie infirmam animam meam, te salu-
tarem victimam et fontem omnium gratiarum recipere cupientem,
tam clementer et gratiose inuisere, vt medelam in corpore et anima,
tua ex pñtia gaudeam inuenisse. Ne respicias dñs ad iniquitates,
et negligentias meas, sed ad miserationes tuas infinitas.
Tu nanqz es, per quem orbis terre creatus est, et sanatus: per
quem oēs herbe, et cuncte res virtuosę suas fortiuntur virtutes.
Tu es agnus ille immaculatus, qui hodie pro totius mundi re-
demptione patri eterno victimaris. O manna dulcissimum. O
nectar suavissimum: confer orzi meo tue salutaris pñtie melli-
ssimum gustum. Accende in me charitatem tuam: et extingue vi-
tia: virtutes infunde: gratiam adauge: salutem mentis et corpo-
ris tribue. Inclina queso celos tuos, et descende ad me: vt tibi
coniunctus, et vnitus tecum pariter vnus efficiar spiritus. O ve-
nerabile sacramentum, per te (queso) omnes inimici mei repel-
lantur: peccata dimittantur: et omnia mala per tuam presentiam
excludantur. Bonum propositum tribue, mores corrige, et om-
nes actus meos in tua voluntate dispone. Intellectus p te Ie-
su

su dulcissime hoc nouo lumine illustretur, affectus inflammetur, spes roboretur: et vita mea emendata semper proficiat in melius: et tandem conferatur exitus bonus. Amen.

Alia Oratio deuota.

Veni dñe Iesu Chryste amor meus, et beatitudo mea, iucunditas mea, desiderium meum, ac vnica spes anime mee: veni in cor meum: intra in animam meam: et munda eam a vitiorum sordibus et a malis mouilibus tuis: vt gratanter et delitiose in ea habitet: et mihi misero securam et felicem in tuo amore quietem tribuas: qui dignaris quiescere super humilem et quietum et tremementem sermones tuos: et deliciae tue sunt habitare cum filiis hominum. Veni (inquam) dulcissime dñe Iesu Chryste in animam meam: et esto cum ipsa: atque munda eam. Veni dñe dilectissime, et in precordijs meis immorari et habitare digneris: vt per huius immortalitatis donum non damnatorum iudicium, aut vindictam reorum incurram, sed tuo fultus auxilio atria virtutum, et pacis epulas, et angelorum conuiuia leta adire merear. Qui viuas et regnas in secula seculorum.

Oratio sancti Thomae de Aquino.

Adozo te deuote latens deitas, que sub his figuris ueritate. Tibi se cor meum totum subiicit: quia te contempnas tui tute creditur. Credo quicquid dixit dei filius: nihil ueritatis hoc uerbo uerius. In cruce latebat sola deitas, sed hic laet simul et humanitas. Ambo tñ credens atq; confitens, peto quod petiuit latro penitens. Plagas sicut Thomas non intueor: deum tamen meum te confiteor. Fac me tibi semper magis credere: in te spem habere: te diligere. Memorale mortis osi, panis uerus, vitam prestans homini, presta mee menti de te uiuere: et te illi semper dulce sapere. Pie pellicane Iesu dñe me immundum munda tuo sanguine. Cuius vna stilla saluum facere totum mundum posset omni scelere. Iesu quez uelatum nunc aspicio, quando fiet illud, quod tam sitio: Et te reuelata cernens facie, uisu sum beatus tue glorie. Amen.

Alia oratio ad deum saluum.
Transfige dulcissime Iesu medullas anime mee, suauissimo uulnere amoris tui: uulnera viscera anime mee, uera fraternam et apostolicam charitate: vt uere ardeat, langueat, et liqueat anima mea solo

solo semper amore et desiderio tui: cupiat dissolui et esse tecum. Da ut aia mea te solū semper esuriat panē angelorū, panem vite celestis, qui de celo descendisti, et das vitā mundo, panem nostrum quotidianum substantialē, habentem oē delectamentum, et oēm suavitatis saporem. Te in quem desiderant angeli prospicere, te semper sitiāt sor meum fontem vite, fontem sapiētię, fontem eterni luminis, habertatem domus Dei: te cupiat, te cogitet, te somniet, te suspiret, te ambiat, te que rat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur. Omnia operetur in laudem, et honorem nois tui cum humilitate et discretione, cū dilectione profectu et perseverantia vsque ad finem. Et tu sis mihi totus oia in omnibus. Et tu sis mihi semper tota spes mea, salus mea, fiducia mea, diuitię meę, dignitas mea, delicia meę, dilectio mea, oculus meus, amor meus, honor meus, thesaurus meus: in quo solo fixa et firma et radicata sit semper mens mea, et cor meum. Amen. ¶ *Alia oratio ad Deum filium.*

Omnis Jesu Christe fili dei viui, esto mihi propitius indigno peccatori. Et quia tu es vera via, dignare per hoc sacrificium corporis, et sanguinis tui, quod accepi, omnē impietatem ac prauitatem prioris vite meę in laudem et gloriam nominis tui transferre. Et cum tibi ad iudicium fuero presentatus, noli me domine clementissime propter innumerabilia peccata mea damnare: sed per hanc perceptionem redemptionis nostre ab ira et a perpetratis facinoribus me digneris liberare. Qui viuis, et re-

¶ *De celebratione duarum, vel trium missarū eadē die. Cap. 45.*

Sunt nonnulli sacerdotes, ob raritatem clericorum, aut ecclesiasticam paupertatem, duas parochiales ecclesias obtinentes, quibus a iure conceditur celebrare duas missas in die. Hi vel quicumque alij sacerdotes in casibus a iure permissis bis in die celebrare volentes, nō debent in prima missa post sumptū sanguinis se purificare, vel abluitionē digitorū sumere, sed post sanguinis sumptionē digitos super calicē abluere, et abluitionē huiusmodi aliquo vasa munera recipere, et alia die, qua vna missam tantum celebrant, post sanguinis sumptionē, vel eadē die post dictam secundam missam, de ea se purificare, seu post purificationē et abluitionē eiusdem secū de missa eam sumere. Plures autē quam duas missas vna die celebrare non licet, sola die Trinitatis Saluatoris nisi

¶

De missa sicca

Sancti Iesu Christi excepta in qua quilibet sacerdos alias ad celebrandum dispositus potest tres missas celebrare: quod facturus est non debet in prima et secunda missa se purificare, aut abluitionem digitorum sumere: sed eam in aliquod vas mundum reponere, et eam post purificationem tertie missae sumere. Qui autem eadem die plures missas celebraturus, in prima vel secunda missa se purificaverit, aut abluitionem sumpserit, non debet illa die ulterius celebrare. Preterea sacerdos in die Natiuitatis predictae duas vel tres missas et sine aliqua intermissione celebraturus, debet ante quamlibet missam huiusmodi dicere confessionem, et in fine cuiuslibet populo benedicere: et post primam et secundam missas huiusmodi dicere euangelium sancti Iohannis. **In principio erat verbum, et cetera.** Sic omnia alia facere et dicere, purificatione omissa, ut presertim, que in alijs missis dicuntur, in quibus una tantum missa celebratur, dicuntur et fiunt. Post tertiam vero missam loco dicti Euangelij sancti Iohannis, debet dici euangelium secundum Mattheum. **Cum natus esset Iesus et cetera.** quod habetur in missa diei Epiphanię Domini.

De missa sicca nuncupata. Cap. 46.

Sunt et alij sacerdotes, qui in qua dragesima, vel alijs diebus, in quibus due missae speciales habentur, vna de festo, et alia de dominica, vel feria, celebrata altera earum, aliam pro deuotione sua legunt, absque consecratione quod fieri licet hoc ordine. Data benedictione post missam celebratam, et euangelio sancti Iohannis lecto, celebrans deponit casulas: et oibus alijs paramentis retentis, stans in cornu epistolę, versus ad altare detecto capite, legit absolute ex missali introitum alterius missae, **Gloria in excelsis deo.** Si illud in prima missa non dixit, et secunde missae conueniat, aliqui ipsum pretermittit. Idem obseruat de **Credo in vnum deum.** Subiungit absolute pretermittit. **Dñs vobiscum, et Oremus, Oracionem, epistolam, Graduale, Alleluia, vel Tractum, Euangelium quod incipit Sequentia, vel Initium sancti Euangelij, pretermittit. Dñs vobiscum, Oremum, Communionem.** Et similiter omittit. **Dñs vobiscum, et Oremus.** Absolute subiungit postcedionem, omnia intelligibili voce legens: et sic ibi absque alia ceteronomia officium ipsum terminat. Tum dicit secrete, seu competenti voce **Agnus Trium**

Trium puerorum *rc.* Deponit omnia paramenta; prout sepe
fuit post missam ordinariam dictum est.

De eadem missa sicca in mari et fluminibus celebrari solita. *L. 47.*

In loco fluctuanti, ut in mari et fluminibus celebrare non
licet alieni. Consuevit tamen in mari, pro populorum deuotione
ab alijs psecratione missa (qua sicca vocant) dici per sacerdotem
hoc ordine. In loco namis ecclesiola nuncupata, parata est me
sa, supra quam ponit mappa munda. Et non benedicta: et in me
dio partis posterioris eiusdem mensae erigitur, ac hinc et inde in cor
nibus posterioribus ipsius mensae duo candelabra cum duabus
candelis ardentibus collocantur: ubi sacerdos missam huiusmodi
curas, aut dictam mensam stans, accipit super pelliceum, et de sup
stola ab humeris dependentem: quam transferat ante pectus per
modum crucis: et circumgito eam firmat. Uel si alios, oibus para
mentis sacerdotalibus induitur ordine superius dato, omnia so
la planeta, siue casula, qua non utitur. Sicque paratus stans ante
mensam pateram facit confessionem cum his, qui interfunt dicens.
In nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Introibo *rc.* prout
est supra in principio missae, usque ad orationem. **Oramus te do
mine, ut per merita** *rc.* conclusa: ascendit ad mensam praedictam:
et ostendit oculo, stans in cornu epistolae legit introitum, missae
kyrieleis. **Gloria in excelsis Deo** sic est dicendum. **Dñs vobiscum**
non vertendo se ad populum. **Oramus, et orationem ordina
riam.** Quando si placet, et diei pueniat, facit unam vel duas co
m memoraciones legit **Epistolam, Graduale, Alleluia,** si est dicitur
cantat, vel tractum: portat librum ad Cornu Euangelij: dicit in me
dio mensae. **Añda** *rc.* **Dñs sit in corde** *rc.* deinde ante librum,
Dñs vobiscum, Sequentia *rc.* signando librum et se in fronte, ore
et pectore finito Euangelio osculatur textum: dicit **Credo,** si dies
et officium requirit. **Domine vobiscum** non vertendo se ad po
pulum, **Oramus Offertorium, Praefationem, Sanctus** *rc.*
Oramus preceptis salutaribus moniti *rc.* **Pater noster, Agnus dei,**
etiam osculatur pariter, si alias officio illius diei quod legit conue
niat: reuertitur cum libro ad cornu Epistolae, dicit cōtionem in
eodem loco **Dñs vobiscum** non vertendo se ad populum, **Post
cōtionem, et cōmemoraciones, si prius fecerit ibidem, Dñs vobiscum,**
et prius: et *Itē missa est, vel* **Indicamus, prout conuenit, an
Requie**

Requiescant in pace si legit pro defunctis: **Qui dicitur** ibi dicitur
 venit ad populum, et illi more solito benedicit, si non legit pro
 defunctis: pro quibus si legit benedictionem huiusmodi pretermissam
Tum dicit **Deus vobiscum.** et signans seipsum in fronte, ore, et
 pectore, continuat. **Initium sancti Evangelii** **secundum Joannem.**
In principio etc. et supra. Quo finito, vestes sacras, quas rece-
 pit, ibidem deponit. Omnia premissa in huiusmodi Missa dicuntur
 voce intelligibilibus: ita quod ab omnibus illis, qui interfuerint, audiantur.

De eadem missa coram infirmo, vel alia persona celebranda. Cap. 48.
Et si aliquis acciderit, quod quis infirmus, vel alius velit missam
 audire, ubi non est sacerdos ad missam celebrandam disposi-
 tus, quod ipse eadem orationem celebravit, vel ex alia legitima causa, po-
 terit sacerdos in ecclesia vel alio loco convenienti, ut premit-
 tur, missam huiusmodi siccam legere in omnibus et per omnia, prout supe-
 rius de missa navali dictum est: et non debet in ea sacra ostende-
 re: et si illud in ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat para-
 tum propter periculum ostensionis. Ad laudem saluatoris nostri.

Tractatus de defectibus in missa occurrentibus. Cap. 49.
Effectus missae sunt, quoniam requisita ad missae celebrationem de-
 ficiunt. Isti autem defectus contingunt aut ex parte sacerdotis, aut
 ex parte ministrorum, aut ex parte ministerii: quod in sacro requiritur pa-
 nis triticeus, vinum de vite, aqua naturalis: et sunt haec ex parte
 materiae. Ex parte vero formae requiruntur verba consecrationis,
 et intentio consecrantis. In ministro autem requiritur exterius de-
 bitum vestimentum, et in corpore ieiunium, et dispositio mentis et affectus
 quodque sit rite ordinatus. Et in ministerio requiritur, quod missa com-
 pleatur, scilicet quod sacrificium sit completum et perfectum: et quod sacerdos su-
 mat sacrificium comendo. Unde de his dicendum est per ordinem.

Primo de defectu panis. Cap. 50.

Sciendum est igitur, quod deficiens in pane fermentato, graviter
 peccat: quod facit contra statutum et consuetudinem ecclesiae. Si vero
 deficiendo in azymo corrupto et infecto propter irreverentiam sacrifi-
 cii talis panis si deficiatur sacrificium est. Sed si panis sit a deo corru-
 ptus, ita quod in eo deficeret species panis, non potest deficiere: hoc est per
 verba sacrificii non efficitur corpus Christi: et quod species maneat, potest con-
 gnosci ex hoc: quod continuity non est soluta, nec alia accidentia abla-

ta. *Hec S. Tho. & Albertus.* ¶ Item si grana alterius generis fuerint ad mista tritico in tanta quantitate, q̄ aliā sp̄z faciāt, siue q̄ medium p̄stituant, non p̄t ex eo p̄fici sac̄m. in ex modica quantitate non impeditur. *S. Tho. & Albertus, & Petrus.* ¶ Si panis sit de aqua rosacea p̄fectus dubitatur inter doctores. Et *S. Th.* dicit esse probabilius, q̄ non possit cōfici. ¶ Si sacerdos infra missam ante p̄secrationem aduertit hostiam nō esse triticeam, vel esse corruptam; remota illa hostia, aliam ponat: & a canone reincipiat. Si vero post p̄secrationē hoc aduertit idem faciat ponendo aliam hostiam: & eam sumendo: sed nihilominus postea illam primam sumat: aut alijs sumendaz tradat, vel eam reuerenter p̄seruet. *Petrus.* Quod autem dicit hic *Petrus* q̄ reincipiat a canone. *S. Th.* in dicit in simili casu esse reincipiendum tñ a verbis consecrationis, vt habes infra. Si vero sacerdos aduertat dictum defectum hostie postquā sumperit: licet in isto casu variēt docto. tamen *S. Tho.* tenet in *Tertia* parte, q̄ debet aliam ponere hostiam, & consecrare, & sumere: q̄ p̄ceptum de perfectione sac̄i maioris est ponderis quā p̄ceptum, q̄ a ieiunijs sumatur. ¶ Per id autem quod dicit *Petrus*: Si sacerdos infra missam aduertat hostiam non esse triticeam, vel esse corruptam, patet quid agendū sit, si nulla hostia fuerit posita, vel si posita fuerit perdita. Et per id quod dicit *S. Tho.* si aduertat de defectu hostie post eius sumptionem potest hoc idem intelligi, si aduertat etiam post sumptionē sanguinis, rursus q̄ ponat nouum panem & nouum vinum & consecret, atq; p̄sequatur, & sumat, ne sac̄m remaneat imperfectum: quod magis expresse apparebit infra, ybi statim dicitur de defectu vini, & ponent magis expressa verba ipsius *S. Tho.*

Quale esse debeat vinum, qd̄ in consecratione sac̄i eucharistie ministratur: & de defectibus eius qui occurrere p̄t. Cap. 51.

Quod vino primo sciendum est, q̄ si vinum factum est omnino acetum, nō potest de ipso confici sanguis Christi: quia vinum differt & acetum, sicut viuum & mortuum; s̄m *Philosophum.* Sed si vinum sit in via quasi acescendi, tunc idem est iudicium, quod de pane, qui est in via ad corruptionem, scilicet q̄ potest confici: peccat tamē huiusmodi cōficiens grauit̄, propter irreuerentiam sacramenti. *Sanct. Thomas, & Albertus.*

Et

Quia non naturalis, sed artificialiosa est.

Et addit Albertus, qd si vinum putridum sit tantu, qd vini natura perdidit: non potest fieri. Quod si non est corruptu, sed in via, potest fieri: sed tamen efficiens peccat, ut dictum est de vino, quod tedit in acetu. Et idem intelligendum de vino multu pontico, siue acro. De agresti non potest fieri. S. Tho. et Albertus. De musto potest fieri: non tamen faciendum est de multo recenti, propter impuritates. S. Tho. et Petrus. Si vino apponatur tanta aqua, qd non conuertatur in vinum, non fit. Et non debet apponi aqua rosacea, vel alia artificialis. Si tamen apponeretur in tam modica quantitate, qd in vinum conuerteretur, conficeretur. Hec S. Thom. et Petrus. ¶ Item si sacerdos post consecrationem corporis, sancte consecrationem sanguinis percipiat aut vinum aut aquam non esse in calice, debet statim apponere et consecrare. Si vero post omnia verba consecrationis percipiat, qd vinum non fuerit positum, sed aqua: siquidem hoc percipiat ante sumptiones corporis, debet deposita aqua si ibi fuerit, ponere vinum cum aqua, et resumere a verbis consecrationis sanguinis. Si vero hoc percipiat post sumptionem corporis debet apponere aliam hostiam simul cum sanguine iterum consecrandam, et in fine sumere hostiam iterum consecratam et sanguinem, non obstante et si prius sumpsit aquam, que erat in calice: quod preceptum de perfectione sacri maioris potestis est, qd preceptum, qd hoc sacrum a ieiunio sumatur. Hec S. Tho. ¶ Et predictis nunc verbis demonstratur illa duo, que supradicta sunt, cum de defectu panis dictum est. Dicit et S. Thom. qd non sufficit sacerdoti solam hostiam sumere ne imperfectum remaneat sacrum: sed si solum sanguinem aliquis consecraret, et sumeret: ita remaneret sacrum imperfectum, sicut si solam hostiam consecraret, et sumeret. Tunc autem solum sanguinem consecrasset et sumpsisset, si post sumptiones sanguinis cognosceret, qd hostia non fuisset triticea, vel qd fuisset corrupta. Et ut hic dicit S. Tho. etiam si solutum sit ieiunium, repetendum est sacramentum, ut sit integrum. Et cum missa celebratur terminetur benedictione sacerdotis, ut dicitur infra: non ita iudicandum est de defectibus missae reparandis ante benedictionem sacerdotis, cum adhuc stet officium missae: sicut post benedictionem, quando iam est solutum officium missae: quia post benedictionem, quicquid fieret, magis videretur iteratio missae, quam reparatio

reparatio defectus. Item ex verbis sancti Tho. immediate su-
pra dictis apparet, qd in reparatione sacramenti imperfecti suf-
ficiat reficere a verbis consecrationis; inde tamen omnia or-
dinate sunt repetenda, quia vt dicitur. 7. q. 1. perfecta non pos-
sunt dici sacramenta, que perfectum non habent ordinem. Et
S. Th. dicit: qd immane est sacrilegium: si non perficiatur hoc
sacramentum. Unde concilium Toletanum tulit sententia ex-
coicationis in eos, qui cum possunt, non perficiunt istud sacra-
mentum: vt patet supra in loco decreti immediate allegato.

De defectu aque. Cap. 52.

Sacerdos si percipiat aquam non fuisse appositam in vino
ante consecrationem sanguinis, ponat eam: et dicat verba
consecrationis. Si autem percipiat post consecrationem sangui-
nis, nullo modo debet postea aquam apponere: quia non est de
necessitate sacramenti: et sequeretur corruptio sacramenti in
aliqua parte. Siquis tamen ante consecrationem scienter dis-
mitteret appositionem aque, grauer peccaret: quia ageret con-
tra constitutionem ecclesie, et quia dominum apposuisse creditur.
Non autem sufficit qd aqua apponatur, quando vinum ad-
huc est in dolio, quia hoc non significaret aliquid: sed oportet,
vt inuaynente oblatione apponatur ad faciem. Hec S. Tho.

De defectu forme. Cap. 53.

Pro notitia forme, sciendum est, qd Ambrosius in libro de
sacramentis dicit, qd hoc sacramentum conficitur in ver-
bis, et sermonibus Christi. Ex quo dicto concludit S. Tho. qd
forma consecrationis huius sacramenti sit: Hoc est enim cor-
pus meum: et Hic est enim calix sanguinis mei, noui et eterni
testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, et pro multis effun-
detur in remissionem peccatorum. Illa vero verba, Accipite et
manducate, pertinent ad usum materie consecrate. Similiter
illa verba, Hec quotiescumqz etc. pertinent ad usum huius sacra-
menti: quia usus non est de necessitate sacramenti: vt dicit idem
S. Th. Item illa coniunctio, enim, non est de substantia forme:
in dici debet sibi usum ecclesie, qui usus a beato Petro initium
sumpsit. Etiam beatus Th. dicit qd si predictae forme mutentur,
nihil efficitur, et si videantur verba idem significare: similiter
si aliquid de dictis formis diminuit. Si vero aliquid adderet,
quod

quod significationem non mutaret, nec errores induceret, magnum peccatum esset: tñ conficeretur s̄m Albertum. ¶ Dicit autem S. Th. q̄ forma p̄dicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit q̄ materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos existens in domo sua non potest consecrare panem, qui est in arca, aut ē in foro, vel vinum, quod est in cellario. Sed quantacumq; sit quantitas panis & vini, que coram sacerdote ponitur, potest ab ipso consecrari. S. Th. ē dicit, q̄ si sacerdos non recordetur se dixisse ea, que in consecratione communiter d̄r, non debet ex hoc turbari. Non. n. qui multa dicit omnium recollit que dixit. Si tñ sacerdoti probabiliter confiteretur se aliqua omisisse: siquidem non sunt de necessitate sacramenti, non debet resumere immutando ordinem sacrificij: sed debet ulterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum, que sunt de necessitate sacramenti, s̄ formam consecrationis, debet resumere ipsa forma, & cetera per ordinem recitari.

¶ De defectu intentionis ministri. Cap. 54.

Non solum autem necessaria sunt ad conficiendum p̄dicta verba, sed etiam requiritur intentio: quia secundum Augustinum, in sacramentis sine intentione nihil agitur. Unde Sanctus Thome dicit, quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri, qui se subijciat principali agentis: scilicet vt intendat facere, quod Christus fecit & ecclesia: & dicit, q̄ non est necessaria intentio actualis, sed sufficit habitualis: vt conficiatur. Puta, si sacerdos cum accedit ad altare ad celebrandum intendit facere quod fecit ecclesia, perficitur sacramentum. Sed si postea suspendatur eius intentio per aliam occurrentē cogitationē, nihilominus perficitur sacramentum ex virtute intentionis propositę. Tñ studiose curare debet minister sacrificij vt ēt actuale adhibeat intentionem. Et dicit, q̄ cum aliquis non intendit sacramentum perficere, sed delusorie aliquid agere, talis peruersitas tollit virtutem consecrandi & virtutem sacri, p̄cipue qñ intentionem exterius manifestat. Si autē intentio ministri peruertatur quantum ad id quod sequitur sacramentum: puta, si sacerdos intenderet conficere corpus Christi, vt eo ad veneficia vteretur: quia prius nōn dependit a posteriori, talis intentio nis peruersitas veritatem sacramenti nō tollit: sed minister ex tali

tali intentione grauer peccat. Dicit n. Albertus, qd si aliquis
 hostie ex obliuione remaneant in altari, aut aliqua pars vini, &
 sacerdos conficiat, illa non sunt psecrata: qd de eis non intendit.
C Durandus aut posuit casum. Si sacerdos habeat coram se
 vndecim hostias, & intendit consecrare decem, quirit quot sint p
 secrate. Respondet distinguendo, qd hoc potest primo duobus mo
 dis intelligi. Uno modo qd numerus sit solus in intentione, & no
 in opinione, intentio aut sit quicquid sit coram se consecrare, ver
 bi gr. Si aliquis habeat consecrare, & coram se habeat vndecim
 hostias, & opinatur esse decem, ipse vero intendit psecrare quic
 quid est, coram se, patet, qd eius opinio fertur ad numerum, sed
 eius intentio non fertur ad numerum: vnde quia effectus con
 secrationis sequitur intentionem, & non opinionem, omnes vn
 decim sunt consecrate. Alio modo potest intelligi pcedit casus,
 qd dicitur, habet coram se vndecim hostias, & intendit con
 secrare decem, vt non opinio, sed intentio feratur ad numerum:
 ita scilicet, qd non velit plus quam decem, sed tñ decem conse
 crare, tunc in tali casu pcedit doctor facit secundam distin
 ctionem, dicens, qd hoc duobus modis contingere potest. Uno
 modo, qd sciat veritatem numeri: alio modo qd ignoret veritate
 numeri. Et si sciat veritate numeri. s. qd hostie sint vndecim, & ip
 se decem tñ consecrare intendit, Aut decem distincte intendit
 consecrare, Et patet, qd ille decem tñ sunt psecrate, de quibus
 intendit: & vndecima, de qua no intendit, non est psecrata: Aut
 sacerdos scit esse hostias vndecim, & intendit psecrare decem,
 non distinguendo vel determinando, quas decem intendit, & qd
 vndecimam non intendit, sed intendendo decem ex illis psecra
 re, tunc nulla est psecrata, eo qd intentio non fuit ad aliquam deter
 minata. Et cuz isto dicto satis pcedat s. Tho. in 3. par. q. 63. vbi
 dicit, qd minister sacrorum est sicut instrum principalis agentis,
 s. Christi vel ecclesie. Et cum tale instrumentum habeat cogni
 tionem, requiritur, qd per intentionem se determinet ad opus:
 quod in virtute principalis agentis producere debet. Ideo se
 quitur qd vbi no determinat se, nihil operat. Si vero sacerdos
 ignoret veritate numeri hostiarum, & intendit decem hostias tñ
 psecrare, dicit idem. Durandus, qd eodem modo distinguendum
 est vtrum determinet quas decem intendit, vel non determinet.

¶ Et

De defectibus

Et rñdendum est sicut in casu immediate precedenti. Seq dubitatur quō, cuz numeris ignoretur. Cui dubitationi rñdeatur hoc posse contingere: q̄ decem hostias videat extensas, ⁊ vna ibi lateat. Ipse autem intendit oēs, quas videat, ⁊ nullam alias p̄secrare. Vel p̄t esse, q̄ decem ipse ibi posuerit, ⁊ vna erat ibi quam nesciuit: ipse vero intendat oēs illas quas posuit, cōsecrare. ⁊ redit hic casus in casum supra positum Alberti, quia tunc illa non est p̄secrata, quam nesciuit ibi esse: ⁊ oēs alię consecrate. Si autem vnam plus ipse posuerit, quā crediderit: vel alius vndecim posuerit: ⁊ ipse mandauit poni decem: ⁊ non intendit consecrare nisi decem tantum: tunc non est determinata eius intentio: ⁊ sicut supradictum est, nulla est consecrata.

De defectu vestimentorum. Cap. 55.

Sciendum est, q̄ fm S. Th. ⁊ Alber. ⁊ alios Theologos, si quilibet dimittens aliquid tale, puta, t̄ps debitū, altare tribus mappis coopertū, vestes, ⁊ hmōi grauit̄ peccat: nihilominus p̄secrat, si est ordinatus, ⁊ adsit eius intentio, ⁊ debita materia, ⁊ debita forma: sed grauisime peccat, si scienter hoc faciat. In his potes colligere quę sint illa, sine quibus nō cōficiť. s. materia debita: ⁊ forma cū int̄tione: ⁊ ordo in conficiente. Quicquid horū quatuor deficiat, non p̄ficitur sac̄m. Et istis quatuor cōstentibus, quibuscunq; alijs deficientibus, veritas adest sac̄i.

Scđm Host. sufficit, q̄ vnus sit p̄sens in missa, qui sacerdoti rñdeat: quamuis. de conse. dist. 1. dicatur q̄ duo requiruntur. Mulier in missa ministrare non potest. **E**tiam sine lumine non debet aliquis celebrare. extra de celeb. miss. c. ex parte.

De defectibus dispositionis corporis. Cap. 56.

In concil. Toletano factū fuit p̄ceptū sacerdotibus, q̄ nullus sacerdos post potū cibūq; quantumcunq; minimum sumptū, missam celebrare p̄sumat. Et glo. ibidē dicit, q̄ intelligitur de cibo, vel potu post mediā noctē sumptō: qz in mediā nocte incipit dies fm ecclesiā. Et nos videmus esse veruz, quia tunc incipitur officiū diei. s. matutinū quasi pertinens ad mane illius diei velut initū. Dicit et S. Th. q̄ post sumptionem aq̄e vel alterius potus, aut cibi, aut et̄ medicinę, in quātaunq; parua quātitate, non licet cōicare: nec refert vtrū nutriat, aut non.

ant per se, aut cū alijs: dūmodo sumatur per modū cibi, vel potus: reliquę tñ cibi remanentes in ore, etsi casualiter transglutiantur, non impediunt cōiones, qz non trāsglutūtur per modū cibi, sed per modū salivę, quę vitari non pōt. Si autē ante mediam noctem sit sumptus cibus vel potus, potest cōicare. Nec refert vtrum postea dormierit, vel vtrum cibus sit digestus, quantum ad rationem p̄cepti: tamen posset impedire quantum ad turbationem mentis in hoc, quod tollitur devotio.

De immunditia corporali. Cap. 57.

De immunditia vero corporali dicit S. Tho. q. cū iste cibus non est corporis, sed mētis, ideo in eius sumptione magis est consideranda dispositio mentis, quam corporis. Et ideo dicit, q. si immunditia corporalis sit perpetua, siue diuturna, non est abstinendum a communione: ne propter immunditiam corporis perdatur fructus mentis. Si autem immunditia sit temporalis, et potest purgari, non prohibetur, si est bene dispositus in mente. Tamē laudabile foret abstinere pro modico tempore. Si autem sacerdos infra missam recordatur se non esse ieiunium quid faciendum, sit vide infra cap. 7. in fine.

De defectibus dispositionis anime. Cap. 58.

Iterdictus, suspensus, et excoicatus ē iniuste, cōicare nō debet: quia in talibus est defectus rei significatę. s. defectus unitatis corporis mystici. Item quicumqz cū conscientia peccati mortalis ad cōiones accedit, mortaliter peccat. Prīmę ad Cor. 9. Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi etc. Item non sufficit ei qui cōicare intendit, q. sit solum contritus immo si habeat copiam sacerdotis, qui eum possit absolvere, peccat si ne confessione cōicando. Si vero non habet copiam, tunc si immineat necessitas cōicandi, vel celebrandi: puta, quia timetur scandalū populi: vel iā inceptum est mysterium sacri: vel aliquis infirmus loquelam amisit: et est in proposito confitendi: minister non peccat quā citius potest cōicando, vel alijs ministrando: si primo non possit confiteri. Nec Pet. et Alber. et S. Tho. Sacerdos autem, qui cum conscientia peccati mortalis accedit ad altare; non solum peccat mortaliter propter cōionem, sed etiā quia exercet actus ordinis: vt offendunt S. Tho. et Alber. Verū pro sola executione actuum ordinis: sufficeret ei sola

De defectibus

la contritio sine confessione, vt dictum est. In nullo autem casu potest aliquis celebrare, vel communionem recipere sine contritione: quia mortaliter peccat.

De pollutione. Cap. 59.

Pollutio in fornicis impedit cōionem, quando causata est a cogitatione precedenti, que fuerit peccatum mortale, si consensus fuerit in tali cogitatione de actu, vel si consensit in delectatione cogitationis. Si dubium est, vtrum in precedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, abstinendum est: nisi necessitas aliqua requirat, q̄ celebret, siue cōicet. Si vero certus est, q̄ in precedenti cogitatione non fuerit peccatum mortale: vel si nulla cogitatio precesseris, que causa pollutionis fuerit: cōicare potest: nisi pollutio t̄m perturbauerit mentem ex cōmōtione corporis, q̄ deuotionem habere non possit: et cum fuerit abstinendum, tempus quo abstinendum est sunt. 2. 4. horę. Hęc S. Tho.

Si sacerdos post cōsecrationem inceptam recordetur se comedisse vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium et sumere sacramentum. Et si recordetur se peccatum commississe, debet penitere, et dolere cuz proposito consistendi, et satisfaciendi: et sic non indigne, sed fructuose potest sumere sacramentum. Et eadem rō est, si inemerit se cuiusq̄ ex cōicationis subiacere. Debet enim assumere propositum absolutionem petendi, et sic per inuisibilem pontificem Iesum Christum absolutionem consequitur quantum ad hunc actum, per quez agit diuina ministeria. Si vero ante consecrationem alicuius p̄dictorum memor sit, tutius reputarem, et maxime in casu ex cōicationis, suspensionis, et interdicti, ac manducationis q̄ missam inceptam deserat: nisi tumeretur graue scandalum. Hęc sanctus Thomas.

**De defectibus missam celebranti interdum
occurrentibus. Capitulum 60.**

Sacerdos qui celebrat missam, debet semper sumere sacrum integrum: vt dicitur supra in rubrica de defectu panis et vini. Quod debeat sumere, patet de consec. dist. 2. relatum. Quoties autem sumat: quoties celebrat: quia ipsum sacrum in assumptione complementum sue significationis accipit. Et intelligendus est, nisi per violentiā impediatur, vel per infirmitatē, vel per mortem, vel huiusmodi. Et si plures missas aliquis celebrat in
vna

vinā dicit. solum in vltima percipiat perfusionē, et nō in precedē
 ti: quia tunc nō esset ieiunus, nec aliā missā celebrare posset: extra
 de celeb. miss. ca. ex parte. Sed si sacerdos post consecrationem
 infirmetur, et non habeatur alia hostia, nihilominus debet alius
 sacerdos requiri, qui missam prosequatur ab infirmo nō com-
 pletam: et hostias debet dividere, et vnā partē ipse sumere, et aliā
 infirmo dare. Hęc S. Tho. ¶ Item si sacerdos morte aut in-
 firmitate graui occupetur ante consecrationem corporis, non
 oportet quod per alium suppleatur: Si vero consecrato corpore
 ante consecrationē sanguinis, vel et consecrato vtroq; debet
 celebritas per alium expleri. vt 7. q. 1. c. nihil. S. Tho. Quō autē
 missa compleatur, ostendit prefatus canoissupradicti concilij,
 dicens: Non. n. aliud explementum initiatis mysterijs cōpetit,
 quam aut incipientis, aut subsequēntis benedictione completa
 sint sacerdotis. Quantum autem ad hoc obligetur sacerdos, o-
 stendit in ipso eodem c. inferius, vbi dicit. Nullus absq; patenti
 pœnitu molestie minister vel sacerdos cum cœperit, imperfe-
 cta officia presumat omnino relinquere. Siquis autem hoc te-
 merarie presumpserit, ex cōdicationis sententię subiacebit.

De perturbationibus occurrentibus missam celebrantibus. Cap. 61.

Post tractatum de defectibus missę, dicēdū est de pertur-
 bationibus interdum, occurrentibus his, qui missā cele-
 brāt. Turbatur autem missa, aut propter scandalū sacra-
 menti: aut propter scandalum sacerdotis. Scandalum sacra-
 menti est, si cadat, aut si vomitu proieciatur. Scandalum sacer-
 dotis est, si sumere nequeat, aut propter commissionem alicu-
 ius rei abominabilis, vel periculi, aut propter apparitionē a-
 licuius spectet, quę non debet comedi, vel potari.

Quando cadit corpus Christi. Cap. 62.

Si propter frigus, vel negligentia, hostia dilabatur in ca-
 licem: propter hoc non est necesse aliquid reiterari: quia
 quod solum minima pars hostię mittatur in calicem hoc respicit
 corpus Christi mysticum: ideo pretermisio huius non facit im-
 perfectionem sacramenti. S. Tho. ex concil. Aurelian. de conf.
 dist. 2. dicit: Qui bene non custodierit: aut qui sacrificium perdi-
 derit in ecclesia: aut cui pars eius ceciderit, et non inuenta
 fuerit,

De defectibus in missa occurrentibus

fuerit, 30. dies peniteat. De penitentia vide in sequenti capitulo.

Quando cadit sanguis Christi. Cap. 63.

Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidem super tabulam, que terre adhaereat, lingua labatur, et tabula radat. Sed si non fuerit tabula locus ipse radatur et comburatur: Cinis vero iuxta altare recodatur: et sacerdos 40. diebus peniteat. Si vero super lapidem altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam: et tribus diebus peniteat. Si super linteam altaris et ad aliud linteam pervenerit stilla, quatuor diebus peniteat sacerdos. Si usque ad tertium pervenerit, 9. diebus peniteat. Si usque ad quartum, 20. diebus peniteat. Predictis autem diebus debet sacerdos ieiunare, et a comestione cessare: peccatis tamen additionibus negotii et psonae, potest minui vel augeri ad partem predictam. **Hec S. Th.** Et idem intelligendum est in seq. cap. et abluantur tribus vicibus linteamina, que stillam tetigerunt, calice supposito: et aqua ablutionis iuxta altare datur. de cons. 2. si per negligentiam. Potest tamen a sacerdote: nisi pro horrorem dimittatur: ut ponit S. Th. Et cautum est, ut pars illa lintei, siue pallii, post ablutionem ascindat et comburatur: et cinis in altari condatur. **Hec S. Th.**

De vomitu sacramenti. Cap. 64.

Si quis eucharistiam evomuerit, si sit laicus, et per ebrietatem vel voracitatem evomuerit, 40. diebus peniteat. Clerici vero et monachi, presbyteri, diaconi, et subdiaconi, 70. diebus peniteant. Episcopus autem 90. Si vero causa infirmitatis evomuerit, 7. diebus peniteat. de consec. dist. 2. cap. Si quis per ebrietatem. Et debet vomitus cremari, et cinis iuxta altare recondi: ut supra dictum est. **Hoc tamen observandum, quod ubicumque species integre interveniant, sunt reverenter conservandae et sumendae: quod remanentibus speciebus, remanet ibi corpus Christi.** **Hec S. Th.**

De musca, vel aranea, vel veneno mistis cum sanguine Christi. Cap. 65.

Si musca vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum mistum fuerit, si sacerdos ante consecrationem hoc deprehenderit, debet calix abluvi, et aliud vinum consecrandum apponi. Si vero aliquod eorum post consecrationem euenierit, debet animal caute capi, et diligenter lavari et comburi, et ablutio simul cum cineribus in sacrarium mitti. Quod si venenum ibi demerit

seprehenditur, nullo modo debet sumi, nec alteri dari: ne ca-
 lie vite vertatur in mortem: sed diligēter in vasculo seruari de-
 bet: et ne factum remaneat imperfectum, debet aliud vinum ap-
 poni: et sacerdos debet resumere cōsecrationem sanguinis de-
 mo, et sacrificium perficere. Hoc intellige si corpus non sian-
 sperit, qz tūc aliter faciendus esset, sicut supradictum est in rub.
 de defectu panis et vini. scy nouum panem apponat. Regula est
 autem, qz nihil abominabile sumi debet occasione huius facti.
 arg. de conse. dist. 2. si per negligentiam. Hec San. Thom.

De noua specie apparente. Cap. 66.

Quando corpus Christi apparet in alia specie, cuius vsus hu-
 ius facti sit per manducationes, quando scilicet apparet
 in specie pueri, vel carnis cruentate, vel simili modo, nō habet
 rationes cibi: nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Quod si om-
 nibus appareat, debet cum reliquijs poni. Hec San. Thom.

**De horis canonicis a sacerdotibus dicendis, ex libro qui
 intulatur Vita salutis, edito a Dño Armando de Auzé-
 ria, Abbate S. Saluatoris de Lodona.**

Ietum est supra de sacramento missę, ad quod probi-
 beamur accedere nisi lotis manibus: id est sine lau-
 dibus Domini nostri Iesu Christi. Et ideo sancta
 mater ecclesia septem laudes, id est horas canonicas
 instituit quolibet die Deo per clericos, et specialiter presby-
 teros offerendas. De quibus loquitur psalm. 118. Septies in die
 laudem dixi tibi domine: et transumptiue, 91. dist. c. Presbyter.
 De celeb. miss. cap. 7. et ibi plene in glo. fi. Nam sicut cadimus se-
 pties in dies per peccatum, vt habetur Luc. 17. et de peni. dist. 3.
 c. septies, ita resurgamus per septem horas, id est laudes cano-
 nicas: et primo dicendum est de hora matutinali.

De matutinis. Cap. 67.

Glias, qz matutinum officium propter carnis illecebras do-
 mandas psallendo et orando, fuit a sanctis patribus insti-
 tutum. Probatur, eccle. 31. Vigilia honestatis tabefaciet car-
 nes. Et dñr matutine cōter i media nocte, vt ait propheta:
 Media nocte surgebā ad confitendum tibi ps. 118. Et habetur
 transumptiue, 91. dist. presbyter mane, et de celeb. miss. ca. 1. Ita
 noct. qz Christus in eadem hora natus fuit. **S**ecunda ratio
 III. 4 est:

est: quia in illa hora captus fuit tempore passionis, et illis a iudeis. Tertia ratio est: quia illa hora vel quasi surrexit, et ferrum spolavit, et venturus est iudicare seculum per ignem: prout multi dicunt, et habetur Matth. 25.

De laudibus. Cap. 68.

Laudes vero dicimus ad tentationes diaboli repellendas, unde Isa. 26. Expergiscimini et laudate, qui habitatis in pulvere sgaris. Sic dñs ad coronam glie obtinendam, iuxta illud qd dñs in Inuitatorio quadragesime: Nō sit vobis vanū mane surgere aī lucē: qz pmissit dñs coronam vigilātib. Et dicimus hoc officium in signū, qz iudei valde mane aī ortū diei puenērūt et se pgregauerūt vt interficerēt Iesum. Scda rō, quare i hac hora laudes deo vero canimus, est vt ei decius natiuitate et captione et nra liberatione grās agamus, et eius aduentū cū gaudio expectemus. Tertia rō ē, quare laudes illa hora dicim⁹, qz de⁹ mūdū in mane creauit, et Aegyptios in mare submersit, et a mortuis resurrexit. Et ideo psonus est, vt illa hora deo laudes debitas referam⁹, ne i mare hui⁹ mūdi cū Aegyptiis demergamur, et vt p nra creatione, et ei⁹ resurrexerit de grās deo reddam⁹.

De prima. Cap. 69.

Primam dicimus in signū, qz ista hora Chīs ad templum pueniebat, et ppl's mane ad euz venire festinabat. Et ideo nos exemplo ei⁹ ad horam primam vadim⁹: et in ortu solis eā dicimus. Scda rō quare ista hora prima diei pot esse, qz tali hora Chīstus ligatus Pilato fuit iudici pntatus, vt hī Matth. 27. Tertia ratio est, quia ista hora mulieribus apparuit, vt habetur Jo. 20. Et ideo i hac hora prima diei laudes deo exolumus, vt ipsum unitemur, et sibi resurgenti et apparenti grās agamus, et vt tanq̄ oīuz principio ipsius diei primitias exolum⁹.

De tertia. Cap. 70.

Tertiam dicimus in signū, qz illa hora Chīs linguis iudeorū morti fuit adiudicatus, vt hī de pe. vi. 1. periculose. Secunda ratio est, qz in hora tertia spūs scūs super discipulos descendit. Unde cantat scām ecclesia. Dum hora cunctis tertia, et Act. 2. cum sit hora diei tertia. Tertia rō est, quia tali hora Chīs ad columnam fuit ligatus, et ibidem atrociter verberatus, deinde fuit in cruce positus, vt clare hñr ista omnia de Chīstī passione

passione in sacris euangelijs. et de cons. dist. 1. nocte sancta.

De sexta. Cap. 71.

Sexta dicimus in signu. q. i illa hora fuit Chrs crucifixus manibus militu. vt h. Jo. 19. et de pe. dist. 1. periculose. **S**ecunda ro est quare in hora sexta oramus, q. ista hora Chrs clavis paxus est, et tunc tenebre per vniuersum mundu facte sunt. Ita sol quasi lugens vestibus nigris se induit, vt crucifigentibus deu lumē nō pberet, immo phiberet in quantu posset, prout legitur Lu. 23. **T**ertia ro est, quare i hora sexta deu laudamus, q. tali hora Chrs discipulis suis recubentibus apparuit, et ipis cernentibus est eleuatus in celum, Lu. 24. Act. 1.

De nona. Cap. 72.

Nonam dicimus in signu. q. Christus dei filius passus illa hora reddidit Deo patri spm, dicens. In manus tuas re. vt h. Lu. 23. et de celeb. mis. cap. In quadam. Si non ad esse hominis. **S**ecunda ratio est, quare hora nona deum laudamus, quia illa hora, vt legimus, miles cum lancea latus aperuit, vnde exiit sanguis et aqua, vt h. Jo. 19. et de cons. dist. 2. c. 1. de sum. ma trin. c. 1. in cle. **T**ertia ratio est, quia in hora nona ceteris apostolorum ad orandu conuenire consueuerat. Act. 3. Et ideo nos exemplo ipsorum idē facere debemus, idē ita illud quod habetur de elec. c. significasti. 2. q. 1. c. Deus omnipotens.


De vespertina. Cap. 73.

Vesperas dicimus in signu. q. Chrs illa hora, cu sero factu esset, in cena sacri corporis et sanguinis sui instituit, et pedes discipuloru lauit, vt h. Jo. 12. **S**ecunda ro est, quare in hora vespertina deu laudamus: q. ista hora Chrs fuit depositus: prout h. Matth. 27. **T**ertia ro est, quia in hora vespertina discipulis euntibus in castellu Emaus Christus in habitu peregrini apparuit, vt habet Luc. vlti. et 1. q. 1. Dominus in prima.

De completorio. Cap. 74.

Completorium dicimus in signu q. illa hora corpus Chri positu fuit in sepulcro, vt h. Lu. 23. et de ps. di. 1. psulto. **S**ecunda ro est, quia in hac hora Christus sudauit guttas sanguinis seu sanguineas, vt habetur Lu. 22. de cele. mis. c. In quadam. Spe. in fi. **T**ertia ro est, quia in hac hora deputata fuit custodia monumenti sui sacratissimi corporis, vt habetur Matth. vlti.

Quare



Est notandum, quia cōtingit peccare tripliciter, scilicet corde, ore, & opere. Ideo tribus modis diuersis incipiuntur horę. Et matutine quidem per Domine labia mea aperies. Completorium per Conuerte nos Deus salutaris noster. Alię horę per medium, scilicet Deus in adiutorium meum intende.

Domine labia, dicimus contra peccata oris. Deus adiutorium, contra peccata operis. Conuerte nos Deus, contra peccata cordis. Sed quia in peccato cordis & oris est aliquid operis, ideoq; per omnes horas diei dicimus, Deus in adiutorium, & postea, Domine labia mea aperies. Et ratio est: quia sine auxilio Dei, nec corpus, nec labia ad eius laudem operari, vel aperiri possunt. Et ideo dicitur Joan. 15. Sine me nihil potestis facere: & habetur transumptiue. 26. q. 1. c. Episcopi coram.

Hymni qui dicuntur ad horas diei, significant laudem. Psalmi, qui similiter dicuntur ad horas, significant bonam & diuinam operationem. Antiphone significant charitatis copulam. Capitula, exhortationem boni operis, seu diuini. Responsoria significant bona opera. Versiculi significant fructus. Oratio, significat misericordiam Dei, que precedit, & subsequitur hominem in bonis operibus.

De his qui tenentur dicere horas canonicas. Cap. 76.

E nota q; sacerdos promotus ad sacros ordines, vel hñs beneficium ecclesiasticum, tenetur ad istas septem horas decendas, vt probatur, 97. dist. c. presbyter. & de cele. miss. c. presbyter. & ar. de apostatis. ca. 1. Et hoc verum est, nisi sint infirmi. Nam tunc excusant. ar. 97. dist. ca. clericus victum. Et ex hoc patet q; non debēt immiscere horas sub vna oratione, sicut aliqui faciunt male: sed singulas dicant distincte. Debet autē clericus horas reddere in ecclesia, si pōt, iuxta dictus Psalmistę. In ecclesiis bñdicite dñm: Alias reddat vbi honeste & cōmode poterit. Debet et se pformare clerici iuxta modū & ordines dñficiandi sup ecclesie cathedralis. De conse. dist. 2. Institutio. 12. dist. de his. **O**fficium vero mortuorum pretermitti non debet: nisi dies solennis impediret: vt extra de celeb. miss. ca. quidam enim. Et est ratio, quia quicquid possidemus, ex mortuis habuimus.

Quibus

Tria ex sacris canonicis sunt accepta, que ligat ad diuina officia hofes, Ordo, beneficiū, & solēnis religiosi pfectio.

Qui impediuntur ad communicandum:

Quibus Eucharistie Sacramentum dispensandum sit, & quibus non. Cap. 77.

Dico superius qualiter sacratissimo corpus Domini nostri Jesu Christi sit rite consecrandum: restat nunc dicendum quibus, & qualiter sit dispensandum. Ubi primum notandum, quod sacerdos ex debito officij sui debet suos parochianos & subditos diligentius verbo & exemplo informare, & inducere ad deuotionem tanti, tamque salutiferi sacramenti. De cele. miss. ca. Sane. Nam in immensitate tanti sacramenti oculus caligat rationis: Credere enim iubemur, discutere prohibemur: sed hinc quod S. Ro. Ecclesia credit, eos ad credendum inducat: & quod ab ea deuiare nec in vita nec in morte intendat, ut accedat quod legitur. 2. q. 4. Duo ista. De here. ca. Ad abolendam. & eo. tit. cap. super eo. lib. 6. Aduertendum est autem, quod sacerdos propter periculum effusionis sanguinis Christi, non communicat populum de sanguine ex calice. Sed hoc nihil refert, quia in hostia consecrata est totus corpus, & totus sanguis, anima & diuinitas Christi: & similiter in calice, consecrato, sanguine, est totus Christus, sicut in hostia, ut predictum est. Sacerdos autem rationabiliter suscipit utrumque in missa: quia hoc facit in memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi: in qua totus sanguis Christi fuit a corpore separatus, & in terra sparsus.

Quae sint quae impediunt communicandum. Cap. 78.

Sacerdos igitur sacrum officij corporis dispensaturus, debet illud dare omnibus Christi fidelibus, saltem semel in anno, postquam ad annos discretionis peruenierint, tam masculis quam feminis. De pen. & re. c. ois vtriusque: nisi aliqd impedimentum occurrat. **I**mpedimenta autem sunt ista: **P**rimo, ois hereticus, schismaticus, excommunicatus. 1. q. 1. c. 1. Reperitur. Simoniacus, publicus peccinarius, & notorius peccator, vtz, phellus, vel conuictus, vel damnatus de crimine, ita quod nulla possit tergiversatione cessari, non est excommunicatus, si in talibus perseveret: quod hoc sacrum dandum est penitentibus, & non perseverantibus in peccato. Nam ex institutione ecclesie nullus debet excommunicari, nisi prius confiteatur. c. ois. de peni. & re. supra alleg. Ubi, quod sacerdos scit aliquem publicum peccatorem, non debet eum excommunicare, nisi ostendat de emendationis proposito. Si autem sciverit peccatum subditi secretum, & ille in peccato persistit

cononem

cōionem in publico, ex officio tenetur ipsam cōicare. ext. de of.
ord. c. si sacerdos exemplo Ebrii, qui Judam cōicauit: quē scie-
bat esse traditorē. ¶ Secūdo, non est cōicandus hystrio, magus,
sceticus, leno, & alijs publicis & iniustis actibus deseruientia.
De cons. di. 2. pro dilectione. ¶ Tertio, pueris ante annum di-
cretionis, & amentibus & furiosis non est dandum hoc sacm.
Si tñ furiosus habet lucida intervalla, & deuote petit sacm su-
perueniente furia pōt cōicari: nisi timeatur de vomitu, vel spu-
to, vel alia irreuerentia sacri. 2. q. 6. cap. 15. qui. Idem dicendum
de phreneticis. ¶ Quarto, infirmati & petenti sacm, si timeatur
de vomitu, non debet dari. predicto c. Is qui. ¶ Quinto, pollu-
to pollutione nocturna, que puenit in causa pcti mortalis, pu-
ta, qz p̄sensit in cogitationē turpem carnalem, vel quia studiose
inebriatus est, vel crapulatus: si ex aliqua istarū causarū sequit
pollutio: prohibendus est a cōione. Si vero ex demone, vel in-
firmitate, vel purgatione nature hoc euenit: non est ei denegan-
da cōio. ¶ Sexto, iugati debent per tridniū ante sacri cōionē
abstinere ab actu carnali. De cons. di. 2. c. ois homo. Qui si vo-
luptate ducti inuicem miscentur, prohibendi sunt a cōione. 3. q.
4. c. vir cū propheta. Similiter si i delectatione, ebrietate, vel
crapula non fuit deliberatio: quis fuerit pcti veniale non de-
bet ei denegari sacm. Melius tñ esset pro tali die abstinere a
cōione. ¶ Septimo, prohibent a cōione pugnantes in uello.
2. q. 5. ca. monomachia. & non debet ei dari cōio. ¶ Octauo, nō
ieiunis: nisi in necessitate. De cons. dist. 2. c. liquido. 7. q. 1. ca. nihil.
Non impedit cōiones, si quis lauando os, aliquid cibi, qd inter-
dentes remāserat, vel modicū aque deglutiret, qz per modū sa-
liue illud accepit: & p̄tra voluntatē deglutit. Si quis ante me-
diā noctē cibū sumpserit, siue dormierit, siue non, pōt cōicare.
Si vero post mediā noctē, nō pōt: nisi in mortis periculo p̄stari-
tus. Hęc S. Tho. in 3. par. q. 30. ¶ Dandum est autē hoc sacm
personis fidelibus, puris, & sine pctō mortali existentibus: quia
sacm purū est: ideo pure a puris sumēdū est: qz q̄ aliter sumit,
indigne sumit: & q̄ māducat & bibit indigne hoc sacm, iudicūz
sibi manducat & bibit. 1. Cor. 11. Demoniaci si illud deuote pe-
tāt dari oīz: qz posset esse causa sue liberationis. Mulieri puere-
perg, vel menstruū patiēti dari debet: sed melius est super sedē
re

re vsq; ad purificationē, pp reuerentiā sacri. Leprosi et mor-
bo Gallico laborantibus, corrosis et consumptis labijs et denti-
bus, si timetur de periculo eiectionis, dari non debet, alias coi-
candi sunt. Coicandi sunt et condemnati ad mortem, et hereti-
ci, si illud deuote petunt. 13. q. vii. c. fi. de pgn. et requis. c. 1. in clem.
Si autē hie non poterunt, credant in Chm: quia hoc est spūa-
liter manducare. De consec. dis. 2. cap. vt quid paras. Excoicatio
nunq; dari debet corpus Christi: nisi in articulo mortis, et illud
deuote petenti: absoluto eo pri^o ab excoicatione: et prestita cau-
tione satisfactionis, sicut tenetur: et et prestito iurō sacerdoti: q;
si sanabitur, pntabit se illi, qui eum pot absoluere. Quod si non
fecerit: reinci dit in eandem sniam excoicationis. Siquis excoi-
catus, vel notorius peccator mittit pro confessore vt cōfiteatur,
et interim amittit loquelam, si ostendit signa contritionis facta
fideiussione a parentibus vel amicis, absoluetur et communica-
bitur. Idem fiat si sensum perdidit, et probari possunt signa
contritionis. Hec ex sacris Theologis in 4. sentē. excerpta sunt.

De triplici eucharistię sacramenti sumptione. Cap. 79.

Mores esse huius sacramenti sumendi rōnes ex patrum tra-
ditione docuit sacra Tridentina Synodus. Sess. 3. cap. 8.
Primo sacramentaliter tm̄, quo modo pctōres sumūt, qui sine
debita atq; corporisq; pparatione sumere audent, atq; hi nullos
ex sacramento fructus percipiunt, imo damnatiōne. Secundo
spūaliter tm̄, atq; ita sumunt illi, qui desiderio ac voto propo-
situm illū celestem panem edunt, qui tametsi non oēs, maximos
quidem vtilitatis fructus fide viuā, que per dilectionē operat,
inde percipiunt. Tertio sacramentaliter et spūaliter: hoc modo
sumunt, qui adhibita debita pparatione ad hoc sacramen-
tum sumendum accedunt, hiq; amplissimos atque vberimos
ex ipso fructus consequuntur.

**Modo communicandi populum in ecclesia, tam
in Pascha, quam in alijs diebus. Cap. 80.**

Quia forma cōicandi populum in ecclesia, hic ritus fer-
uandus est. Sacerdos reconciliatis penitentibus, se de-
bet ad missam pparare, et tot particulas consecrare, quot po-
pulo suo sufficere credit. Finita missa, retentis paramētis, vel
si non celebrazit, pro tunc indutus superpelliceo cum stola, ce-
reis

Modus communicandi populum

reis accensis, conuersus ad cōicandos genu flexos coram altari, facto primum signo crucis super se, et admonitis oibus, quod si signent faciat eos dicere Confiteor, sicut in missa dicitur. Vel si magis expediens iudicauerit faciat eis confessionem, sicut habetur in cap. de ritu celebrandi missam, post offertorium. Cap. 11. fol. 80.

Finito Confiteor, vel prædicta confessione, sacerdos dicit. Misereatur vestri ops deus: et dimissis oibus peccatis vestris, perducatur vos cum oibus suis sanctis in vitam eternam. Amē. Dñe exau. Et cla. Dñs vo. Et cum. Oremus. Oremus.

O Deus, cuius indulgentiam omnes rogamus, memento famulorum famularumque tuarum, qui lubrica terrent corporis fragilitate nudati sunt: da quesumus, veniam contentibus parce supplicibus: ut qui suis meritis accusantur, tua miseratione saluentur. Per Christum. Oremus. **Oratio.**

O Deus misericordie, Deus pietatis, Deus indulgentie, indulge, queso, et miserere his famulis et famulabus tuis: ut delictorum, que nobis coram te suo ore confessi aperuerant, nulla in eis macula reseruetur in terris: et per penitentie lucus ad tua mereantur venire promissa, per Christum. **Oratio.**

O Dominus noster Iesus Christus, qui dixit discipulis suis, quecumque ligaueritis super terram, erunt ligata et in celis, et quecumque solueritis super terram, erunt soluta et in celis: de quorum numero, quibus indignos, nos esse voluit: ipse vos absoluat per ministerium nostrum ab oibus peccatis vestris: quicumque cogitatione, vel locutione, aut operatione negligenter egistis: atque a nexibus peccatorum vestrorum absolutos perducere, dignetur ad regna celorum. Qui uiuit et regnat. **Tunc sacerdos conuersus ad altare, incli-**

nans se profunde coram sacro accipiat particulas super patenam: etynam in manibus accipiens ostendat oibus, dicens. Dicitis oēs, sicut ego dico. Dñe non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tamen dic verbo et sanabitur anima mea. Et repetat scbo et tertio eadem uerba in vulgari. Quo tertio repetito, ostendat corpus dñi oibus successiue dicendo. Corpus dñi nri Iesu Christi custodiat, et perducatur te in vitam eternam. Faciendo signum crucis cum hostia super singulos. Et sic cōicet oēs, qui sunt in primo ordine. Qui posteaque sacrum sumpserint, surgat, et alij remaneant: et sibi cōicent. Et postquam cōicauerint, accipiant ablutionem

Ordo ad communicandum infirmum
nuculo super locum paratum, accedens ad infirmum aspergat
eum aqua benedicta, dicens. **Añm. Asperges me.** ps. **Disere-**
re mei Deus. Gloria. et repetitur **Añm Asperges me.** **Qua-**
petita dicat sacerdos. **R. Saluum fac seruum tuum. R. Deus**
sperantem in te. V. Mitte ei dñe auxilium de sancto. R. Et de
Sion tuere eum. V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius
iniquitatis non apponat nocere ei. V. Esto ei dñe turris forti-
tudinis. V. A facie inimici. V. Dñe exaud. R. Et cla. V. Dñs
vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus infirmitatis humane singulari presidium, auxilij tui
super infirmum famulum tuum onde virtutem; vt ope miseri
cordie tue adiutus, ecclesie tue sancte incolumis reperitari me
reatur. **Per Chm.** Deinde infirmus dicat. **Confiteor.** si san
vel sacerdos faciat ei confessionem sicut superius in ordine cele
brandi missam. fol. 80. **Postea dicat. Misereatur et Indulge-**
tiam. **Postea absolutionem.** **Dñs Iesus Christus.** vt supra in
generali cõione. ca. immediate precedenti. **Postea sacerdos de**
uet corpus dñi de pyride vel calice, et ostendat infirmo, dicens.
Credis qd hic sit Christus saluator mundi? Quo dicente; Res-
do, Dicit sacerdos. Dic sicut ego dico: Dñe non sum dignus
vt intres sub tectum meum: sed tm dic verbo et sanabitur ani-
ma mea. Quo dicto ter, sacerdos dñs infirmo eucharistia di-
ca. Accipe frater vel soror viaticus corporis dñi nri Iesu Chri
qui te custodiat ab hoste maligno, et perducatur in vitam eternam.
Amen. **Postea sacerdos lauet digitos suos cum vino puro et**
aqua, et tradat infirmo lotionem nihil dicens. Peracta cõione
sacerdos dicat. V. Domine exau. R. Et clamor. V. Dominus
vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine sancte, p̄ ops, eterne Deus: te fideliter deprecamur:
vt accipere fratri nostro vel sorori nostre sacrosanctum
corpus dñi nri Iesu Chri filij tui taz corpori, q̄ aiḡ p̄osit ad
remediũ sempiternum. **R. Amē. Et hoc dicto, herum aspergat**
equam benedictam, et dicat. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.
Audi nos dñe sancte, p̄ ops, eterne deus: et mittere de-
gneris sanctus angelũ tuuz de celis: qui custodiat, foueat,
protegat, visitet, atqz defendat oēs habitantes in hoc habitacu-
lo. Per Christum. R. Amen. Quo dicto reuertatur ad eccle-
siam.

nam, dicendo ps. **Miserere mei Deus.** Reuerſus igitur ad eccleſiam ſacerdos cum corpore dñi, dum fuerit ante choruſ, vel ante altare ſacr̄i, vertat ſe ad eos, qui ſacr̄m aſſociauerunt genitros, & faciat eis breuem confeſſionem & abſolutionē, & annunciet indulgentiam dierum ducentorum illis, qui ſacr̄m cum lumine ſunt proſecuti: qui vero ſine lumine centum dies p̄ quolibet. Poſtea dicit ſuper eos orationem. **Dñs vo. Oremus. Oratio.**

O Deus, qui nobis ſub ſacramēto mirabili paſſionis tuę memoriaſ reliquiſti, tribue, queſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redēptionis tuę fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis & regnas per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Poſtea eleuato tabernaculo cū corpore domini, faciat ſignum crucis ſuper eos omnes, & reponat ſacramentum in loco ſuo.

Cauet ſacerdos, q̄ non det corpus Chriſti alicui infirmo, niſi fuerit in bono ſenſu, ita q̄ cognoſcat illud bene & aperte, q̄ quantumcunq̄ infirmus confeſſus fuerit peccata ſua. Sacerdos communicato infirmo, debet eis bonis verbis perſuadere, q̄ ſi neceſſe fuerit, detur ſibi ſacramentum extreme vnctionis.

Si ep̄s infirmatur, & vult corpus dñi poſt cōfeſſionē ſumere ſacerdos celebrans miſſam pro eo in camera, faciat oēs ceremonias præſatas, excepto q̄ referuat particulam pro ep̄o, & non totum ſanguinem ſumit, ſed partem eiꝯ referuat pro ep̄o, quam poſt corpus dñi ei dat. Sacerdotes aut̄ infirmi, quādo cōicant, debent habere ſtolam a collo pendentem, & ſic cōicere debent. 23. diſt. c. eccleſiaſtica. Alia omnia, vt ſupra ſeruantur. Sacerdos parochialis debet viſitare infirmos ſepe. De celeb. c. 1. **N**are ieiunius vſque ad horam congruam celebrandi: & ſi celebrat, non debet ſumere purificationem pp̄ neceſſitatem. ſi poſſibiliter occuſuram, niſi aliū habeat: per quez poſſit ſupple re: vt no. Panoz. in d. ca. **I**tem ſacerdos parochialis pōt ſacr̄a conferre p̄ſegrimis & hoſpitibus conſluentibus ad eccleſiam ſuam: ſm̄ Panoz. in d. ca. 1. & mortuos ibidem ſepelire: niſi alibi elegerint ſepulturam: & eo caſu debet habere quartam.

De cuſtodia ſacramenti eucharistię. Cap. 82.

Ultimo dicendum eſt de cuſtodia ſacramenti Eucharistię, quez maxima cū reuerentia & cuſtodia ſub clauibus firmis

D ſumis

De custodia sacramenti eucharistie

finis debet conseruari, ne ad manus maleficorum deueniat: ne, quod ecclesie, et christiano populo datum est ad salutem, oia bolo operante ad perniciem conuertatur. de celeb. miss. ca. Sane. De custo. eucha. ca. Statuimus. **C** Sacerdos autem in hoc negligens, si per eius incuriam et malam custodiam corpus domini fuerit male expositum, debet tribus mensibus ab officio suspendi: et si quid nefarium inde factum fuerit, maiori pena est puniendus. Aduertat et sacerdos, ne hostie consecrate in magno numero pro conseruatione consecrentur, ne corrumpantur a vermibus: et adeo firmo vase includi debet, ne a muribus corrodamur: et in ipso vase lineus panniculus, qui purificatorium dicitur, ponatur, in quo hostie reponantur, ut melius conseruentur. Sepius autem mutande sunt hostie: antiquae sumende sunt, et recentiores consecrande. Quod si aliquando a vermibus corrodamur, si species integre remanent: quia ibi est corpus Christi, reuerenter et diligenter a vermibus sunt purgande, et sumende: vermes vero comburendi sunt super patenam: et cineris in sacrario reponi debent. Debet et sacerdos ante corpus Christi tenere lampadem accensam, quia ibidem est corpus domini nostri Iesu Christi. Qui est vera lux, que illuminat oem hominem uenientem in hunc mundum. Jo. 1. c. Et debet sacerdos non solum conseruare diligenter sacramentum eucharistie: verum et oia ad illud ordinata debet tenere munda et nitida: sicut paramenta, calices, corporalia, altaria, et ecclesiam: alias peccat mortaliter: quod hoc ei in iure precipitur. De custo. eucha. ca. Reliqui. Nec debet permittere in ecclesiis poni supellectilia, vasa et alia ad laicos pertinentia, nisi in casu bellorum, aut incendiorum repentino, aut propter alias necessitates urgentes: et eo casu cessante necessitate ad loca pristina reportentur. **C** Et concil. Turon. Cap. 4. Omnis presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto sacro dignum, ubi corpus dominicum diligenter recondatur, ad viaticum dandum recedentibus a seculo. Semperque super altare habeatur eucharistia obseruata propter mures et nefarios homines: et de septimo in septimum diem semper mutetur. i. a presbytero illa sumatur: et alia, que eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur: ne forte diutius obseruata, inuida, (quod absit) fiat. **C** Et epistola Clementis Pape. Capit. 28. Presbyter semper eucharistiam

stiam habeat paratam: vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet: ne sine communione moriatur.

De penitentia male seruantis sacramentum. Cap. 81.

Et concil. Aurelian. c. 6. Qui negligentiam erga sacrificiū fecerit, vt a vermibus consumptū ad pibilyū deuenit, tres quadragesimas in pane et aqua peniteat. Si integer inuentus fuerit in eo vermis, comburatur: et cinis sub altari condatur: et qui neglexerint, quaternis diebus suam negligentiam soluant. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificiū. 20. dies expleantur ieiunio. Conglutinatū vero, septem dies qui in causa sit peniteat. **Ex concil. Remen. c. 3.** Corporale, super quod sacra oblatio immolatur, ex mundissimo et purissimo linteo fit: nec in eo alterius generis materia preciosior aut vilior misceatur, et nunquam super altare remaneat, nisi in tpe missę: sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cum calice et patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluatur a sacerdote, diacono: vel subdiacono: primo in ecclesia, in loco et vase ad hoc preparato abluatur: eo quod ex dominico corpore et sanguine infectum sit. Post hec a lauandario nitide lotio paretur.

Casus prohibiti et concessi tempore generalis interdicti ecclesiastici.

Isti autem sunt casus concessi, et prohibiti tpe generalis interdicti sicut in dñm Jo. Andr. de Calder. Bononiensem famosissimū vtriusque iuris doct. **Primo** offerri potest baptismus, cum officio cathecumenorum. **Item** confirmatio potest offerri, et chrisma offerri. **Item** penitentia imponi potest, et absolui: remanentibus alijs circumstantijs. **Item** infirmis potest dari corpus Christi in presentia affantiū. **Item** corpus Christi potest portari cum lumine, et campana pulsari. **Item** pulsari potest campana pro predicatione, et predicari. **Item** non debet pulsari aliqua campanula pro diuino officio ad congregationem clericorum. **Item** non debet pulsari aliqua campana, vel campanula pro funere. **Item** laici possunt pulsare campanam ad ostendendum tempus horarum, sicut tertiam, et nonam etc. **Item** potest pulsari ad Ave maria. **Item** famuli sacerdotum in ecclesia non collegiata possunt admitti ad diuina, non autem collegiata.

Item sacerdos potest mutare famulum et alium recipere, D 2 vel

Que possunt fieri tempore interdicti
vel et si ille moreretur: dicitur tunc ille electus sic, non esset in alia ecclesia collegiatus vel intitulatus. ¶ Item archipresbyteri rurales, quia perficiunt baptismum, possunt accipere presbyteros rurales. ¶ Item laici admitti possunt ad crucem adorandam in paraseue. ¶ Item extrema unctio non potest dari nec laicis, nec clericis. ¶ Item commendatio animarum fieri potest tam laicis quam clericis. ¶ Item potest fieri officium circa sepulturam clericorum sed non laicorum, voce submissa, sine cantu exclusis secularibus, non pulsatis campanis presente corpore. ¶ Item clerici qui sunt interdicti non possunt celebrare, nec laici divina audire in ecclesia extra civitatem, nec in civitate interdicta, nec et peregrini existentes. ¶ Item mulieribus pregnantibus, ubi timetur de morte, potest dari corpus Christi. ¶ Item ecclesie possunt consecrari et reconciliari, et altaria, stantia, et viatica, et paramenta, et vasa sancta, et oratoria consecrari, sed tamen secrete. ¶ Item in quatuor festis privilegiatis, scilicet Natalis Domini Pasche, ac Pentecostes, et Assumptionis Virginis, et alia de sen. ex. can. non potest fieri officium circa funus publice, nec clericis, nec laicis, nec debent laici in cimiteriis sepeliri. ¶ Item in predictis quatuor festis potest alia missa privata cantari, quam missa de festo: dummodo missa de festo non omitatur. ¶ Item in predictis quatuor festis clerici beneficiati non possunt in alia ecclesia officiare, si autem non habent ecclesias, possunt tamen in collegiataz: dico et si presbyter non careat clerico: potest et in collegiata celebrare. ¶ Item in predictis quatuor festis, sequens completorium cantari non potest. ¶ Item clerici diversarum ecclesiarum in civitate interdicta non possunt extra ecclesiam dicere simul officium: extra civitatem tamen possunt: dummodo ipsi clerici non sint interdicti. ¶ Item clerici possunt dare substitutos, seu vicarios loco suo: si ex hoc habent privilegium, vel ab homine, vel a iure dummodo non sint officii alibi, si autem alias, non possunt. ¶ Item moniales, seu sorores per episcopum approbate et confirmate, non habentes proprium sacerdotem determinatum possunt alium precio conducere, qui eis missam celebret, ipsis presentibus: dummodo non sint interdicte, nec sacerdos aliam habeat ecclesiam: et talis potest eis sacra conferre per totum annum. ¶ Item laici interdicti non possunt extra civitatem concitare, nec audire divina: si autem non sunt interdicti, et exspe-

et speciali privilegio ad divina admittatur, non possunt in quatuor diebus privilegiatis communicare: nec etiam clerici interdicti possunt communicare: si autem non sunt interdicti, possunt. **I**tem panis, et fructus olivae, et huiusmodi possunt secrete benedici, et dari clericis, et laicis: in festis vero privilegiatis possunt publice benedici, et dari. **I**tem benedictio sponsorum potest fieri in die aliquo privilegiatorum in alijs autem non. **I**tem non potest fieri aliquod officium mulieribus post partum, nisi in diebus privilegiatis. **I**tem fieri potest benedictio mensis presentibus secularibus: cum non sit de bonis canonicis, nec competat ratione alicuius ordinis: potest enim laicus hoc facere.

Finit quartus tractatus libri Sacerdotalis de Sacramento Eucharistiae.

Incipit quintus tractatus primae partis libri Sacerdotalis, De sacramento extreme unctionis, et annexis, et consequentibus. De materia, forma, ministro, effectu sacramenti extreme unctionis, et quibus corporis partibus dari debeat, et an debeat iterari. Cap. 1.



Extrême unctionis sacramentus debet dari laborantibus in extremis. Et istud sacramentum inducit mundationem a peccatis. Circa quod plura advertenda sunt, videlicet,

Materia, Minister, Forma, Effectus,

Quibus dari debeat,

Quibus corporis partibus, Et an possit reiterari.

Materia sacramenti extreme unctionis, quae sit. Cap. 2.

Materia huius sacri est oleum oliuarum, et non aliud oleum, ab episcopo prius sanctificatum, et benedictum: Quod sacramentum Christus instituit quasi apostolos ad predicandum missos docuit oleo ungeri infirmos. **Marc. 6.** Et beatus Jacobus in canonica sua. **c. dicit:** Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae: et orent super eum, ungentes eum oleo sancto: